CODEX DIPLOMATICUS

EXHIBENS

CHARTAS

HISTORIAM MEDII ÆVI

ILLUSTRANTES,

QUAS

E LATEBRIS

IN LUCEM PROTRAXIT

EXSCRIPSIT,

NOTISQUE ADIECTIS

PRELO DEDIT

IOA. PETR. SCHUNCK,

IN UNIVERSIT. MOGUNT. S. THELOG DOCTOR ET FACULTATIS PHILOSOPH. ADSESSOR, IN ECCLESIA COLLEGIAT. EQUESTRI AD S. ALBANUM VICARIUS, PRÆSENTIÆ ARCHIVARIUS ET CAMERÆ ADSESSOR, BENEFICIATUS IN PROTIG, ET ACADEMIÆ ANTIQUITATUM HASSO-CASSELLANÆ MEMBRUM HONORARIUM.

MOGUNTIÆ,

TYPIS WAILANDTIANIS.

MDCCXCVII.

PRÆFATIO.

Inter medios belli tumultus & varia rerum discrimina, quibus undique premimur, horas subcesivas indagandis & elucubrandis historiis impendere ratus, codicem hunc diplomaticum successive collectum, tandem in ordinem redigere atque juris publici facere constitui, partim ut eruditis historiarum indagatoribus inservire, partim vero ut historiæ HEINRICI II. AEpi Mogunt. aliisque historicis laboribus a me evulgandis vadem præstare possit. Ex pluribus chartis illas tantum selegi, quæ ad illustrandam historiam medii præcipue ævi conducere videbantur: atque æqui rerum æstimatores facile inde perspicient, historiæ non solum Moguntinæ, sed & Imperii Romano-Germanici, tempore præsertim RUDOLFI I. *Habsburgici*, iisdem non parum lucis affundi. ALBERTUS ARGENTINAS in Chronic. apud Vrstis. pag. 103. ait: „RUDOLFUS autem Rex nullum motum habens ad Italiam, forsitan quia vidit cæteris multis male successisse, mi-

ſit HENRICUM Epiſcopum Baſilienſem *cum membranis ſigillo ſuo ſigillatis* ad Civitatem Romanam, qui ibi ſedi apoſtolicæ Romandiolam & quædam alia in damnum grave Imperii dedit, ibi habitis quibusdam tractatibus nomine regio ſigillavit." Has *membranas* hucu que incognitas, maximam ſaltem partem, ego detexi & in hoc codice juris publici facio, plura de illis in hiſtoria de HEINRICO II. AEpo commentaturus.

Chartas omnes paucis exceptis, quas a viris fide dignis accepi, e fontibus omni qua potui diligentia propriis exſcripſi manibus, atque imitatus exemplum celeberrimi Valentin. Ferd. de GUDENUS, easdem adhibui præcautiones, quas ipſe in præfatione ad Tom. I. ſui Codicis diplomatici enumeravit. Conſiderata de cetero paucitate eruditorum, qui rebus diplomaticis delectantur, haud ultra trecenta hujus codicis exemplaria imprimentur.

Vale Lector benevole, & conatibus meis, quibus tibi pro modulo meo inſervire volo, faveto. Dabam Moguntiæ, altera vice a Gallis ibidem incluſus, die XIV. Kal. Septemb. MDCCXCVI.

DE

DE SIGILLO

C*ivitatis Pinguensis* ſive Bingii, infra pag. 24. deſcripto, quod æri inciſum huic Codici appono, pauca monebo, reliqua deſcriptioni hujus Urbis alio tempore evulgandæ reſervans.

Bingium Romanis, Binga *tempore Caroli Magni*, Pinguia medio ævo, hodie Bingen, Civitas ad Rhenum tribus infra Moguntiam ſita milliaribus, antiquiſſima eſt eccleſiæ Moguntinæ poſſeſſio, a Caſtro Drusi, Romanorumque munitionibus olim, atque a populi frequentia celebrique mercatu tam medio ævo quam noſtra etiam ætate ſatis celebris, fœdus anno 1254 contra illius temporis raptores pacisque violatores cum Civitate Moguntina primum iniit, *a)* quod paulo poſt tum aliis plurimis Civitatibus tum & Principibus Dynaſtisque auctum, in omni hiſtoria celeberrimum eſt effectum. Huic fœderi, quod reliquis initium dedit, appendebant duo ſigilla in forma majori, quorum alterum, Bingienſe ſcilicet, ſingularem exhibet inſcriptionem, quod nimirum hæc Civitas ſit *Moguntinæ ſedis ſpecialis Camera*,

 cujus

a) Infra N. VI. p. 19. prima vice editum.

cujus denominationis ſenſum paucis indagare libet.

Per vocabulum *Camera* generatim denotatur conclave contra intemperiem aëris munitum, ſive locus parietibus aut etiam fornice clauſus, & translatitie ſumitur de loco, ubi perſonæ pro certis negotiis congregantur, imo & pro perſonis ipſis & pro rebus ab iisdem adminiſtratis collective ſumtis; ſpeciatim vero de loco, ubi judicium agitur, vel reditus colliguntur & aſſervantur. Priori ſenſu judicium Camerale Imperii (das Reichskammergericht) & Moguntiæ judicium civicum (das Kammeramt und Stadtgericht) ejusque Præſes dictus *Camerarius*, nomen ſuum derivarunt. Altero ſenſu, eoque magis proprio, Civitas Januenſis in Italia dicta fuit Imperii Camera & ſpecialiter a Friderico II. Imp ſecretioris Cameræ noſtræ genitrix. *b*) Pariter etiam Civitas Cameracenſis (Cambray) a Camera Imperii nomen tulit. *c*) Item Civitates Mediolanum, Avenionum, Florentia & Piſa hac appellatione gaudebant. *d*) De Civitate Ha-

---

b) Reinhard *de jure Imperii & Imperatoris in rempubl. Genuenſem.* §. 37.

c) Dufresne Gloſſ. V. Camera.

d) Olenſchlager Geſch. des Kaiſerth. p. 285. & in Comment in auream bullam pag. 26.

Hagenovia in Alſatia idem teſtatur moneta unius Thaleri ab hac Civitate cuſa, cum inſcriptione: num. arg. imp. Came. ac Civit. Hagena. *e*)

Eodem ſenſu & quidem proprio Civitas Pinguensis ſive Bingium *Moguntinæ ſedis ſpecialis Camera* dicta fuit, eo quod olim fuerit præcipuus locus pro recipiendis frumentis, vino, pecuniis aliisque reditibus Archiepiſcopi ex fiſco, allodiis, teloniis, decimis, cenſibus & aliunde provenientibus. Habebant enimvero Archiepiſcopi Moguntini ab antiquiſſimis temporibus amplas Bingii & in circumjacentibus regionibus poſſeſſiones, quæ in immenſum auctæ fuerunt per donationem Ottonis II. Imp. anno 983 Willegiſo AEpo factam, qua omnia bona & jura regia in & extra Bingium & in locis contiguis a ponte ſuper Saliſam rivum (die Selze) uſque Heimbach, & ex altera Rheni parte ab Eliſa (die Elze zu Oeſtrich) uſque Cubam, cum omnibus utilitatibus, in moneta, vinetis, mancipiis, curtibus, ædificiis, ſilvis, venatu, pratis, paſcuis, aquis, piſcationibus, terris cultis & incultis, molendinis & reliquis redditibus & cunctis pertinentiis in

 per-

e) Kœhler Münzbeluſt. Th. XX. Vorrede S. VI.

perpetuum contulit. *f*) Possidebant præterea AEpi Moguntini præter Civitatem Pinguensem probe munitam, fortissimum ibidem Castrum, g) *invincibile* Klopp dictum, quod præstantissimis fornicibus, cameris aliisque amplis ædificiis abundabat, ita ut non solum pro recipiendis & custodiendis reditibus aptissimum fuerit, sed & pro habitatione ipsorum AEporum frequenter inservierit. Demum si consideretur, quod Bingii olim fuerit AEporum Mog. præcipua officina monetaria, ubi & dies probationis monetarum Rhenensium instituebantur, & quod ibidem celebris fuerit mercatus, unde frumenta & vina facile vendi & in nummos converti poterant, dubitare non licet, quod Bingium tanquam receptaculum redituum AEpalium proprio sensu Moguntinæ sedis specialis Camera appellata fuerit.

---

f) Guden *Cod. dipl.* T. I pag. 12.

g) Ex donatione Pipini Regis anno 765 Lullo AEpo facta. Schannat *hist. fuld.* pag 54.

ELEN-

ELENCHUS
CHARTARUM IN HOC CODICE CONTENTARUM.

XXXVII.

Burg

LXXXVIII.

CVI.

wigs

Speier

CON-

CORRIGENDA ET SUPPLENDA.

Documentum Nr. VI. pag. 19. ex libro copiali Archivi Electoralis Moguntini emendetur & ſuppleatur:

Pag 20 lin.	5	*ſuppleatur:* & viarum diſcrimina	
ibid lin.	9	*loco* & ,	*lege* ut
—	15	— ſcire	— ſerie
—	16	*ſuppl* innoteſcere	
Pag. 21 lin.	9	*loco* relatis,	*lege* relativis
Pag. 23 lin.	2	— exiſtere	— emergere
— —	5	*ſuppl.* ſalutare	
— —	9	— plena ſibi	
— —	15	— quatuor ex predictis	
— —	18	*loco* illa,	*lege* illo
Pag. 24 lin.	3	*ſuppl.* valeat referiri	
— —	6	*loco* fuerat,	*lege* fuerit
— —	9	— ſine	— ſiue

ERRORES TYPOGRAPHICI.

Pag. 2	lin.	22	Geggenburg *lege* Toggenbnrg
26	—	17	daburch *omittatur.*
47	—	2	vobis *lege* verbis
101	—	12	XIII. Kal. *lege* VIII. Kal.
148	—	2	poſt *Argent.* adde *Spirenſi*
161	—	7	ad *lege* ab
200	—	*ult.*	Enfelingen *lege* Enſelingen
206	—	7	GILL *lege* GUILL
220	—	5	233 *lege* 253
244	—	22	1360 *lege* 1340
257	—	8	24. Febr. *lege* 23. Febr.
312	—	14	Houewrd *lege* Houeward
368	—	2	Gevorde *lege* Vronde.

In præfatione pag. 2 lin. 8 hucu que *lege* hucuſque.

CODEX DIPLOMATICUS.

I.

CONRADUS I. Archiep. Mogunt. SIMONI Comiti de Tockenburg pro beneficio *Pincernatus* ecclesiæ *Mogunt.* quadraginta karratas vini in *Lonstein* assignat. 1196.

(*Ex autographo.*)

CONRADUS Dei gracia *Maguntin.* Archiep. *Sabinensis* Episcopus . . . . . . *) notum fieri volumus, quod dilectus noster SIMON Comes de Tokenebg in nostra constitutus presencia asserebat beneficium suum *Pincernatus* a) a parentibus suis

*) Die nicht leserlichen Worte habe ich mit Punkten bezeichnet.

a) Von diesem mainzischen Schenkenamte der Grafen von Toggenburg war bisher nichts bekannt. Im folgenden Jahrhundert kam es an die Grafen von Diez, nachher an die Grafen von Nassau, und endlich an die Grafen von Schönborn, wie

Hr.

ſuis per ſucceſſionem *hæreditario iure* ad ipſum eſſe deuolutum in eccleſia Maguntina, & idem beneficium ſibi concedi a nobis poſtulabat, Ad quod obtinendum deuotis affectibus & fidelibus obſequiis ſe nobis & eccleſie magunt. ſtuduit familiariter applicare. Procedente itaque tempore cum grauiſſima guerra nobis immineret, ſine grauamine & dampno Magunt. eccleſie & noſtro de ſuis laboribus & expenſis armatam nobis adduxit miliciam & in noſtra neceſſitate deuotiſſimum nobis exhibuit auxilium. Unde nos deuocione ipſius . . . . . beneficium quod poſtulabat ei recognouimus & libenter omnino conceſſimus, videlicet ut de vineis vniuerſis, quas ubicnnque locorum Magunt. poſſidet eccleſia *decimam karratam* perciperet annuatim, quod & *ſuum & parentum ſuorum antiquum fuerat beneficium.*

Conſi-

Hr. Hofrath Bodmann in der Abhandlung von den mainziſchen Land- und Hofämtern ausführlich dargethan hat. Die 40 Fuder Wein, welche den Grafen von Coggenburg wegen dieſes Schenkenamtes zu Lonſtein angewieſen waren, werden wohl nachmals in die daſelbſt bemerkte 60 Gulden jährlicher Gülte auf dem Zoll zu Lonſtein haftend verwandelt worden ſeyn.

Confiderans vero Comes Vineas vniuerfas eccle- fie Magunt. pro diuerfitate locorum procul ab invicem effe feparatas, & ob hoc non fine magno labore & difficultate beneficium fuum poffe colligi: fupplicauit nobis, ut . . . . . commodius eius beneficio vellemus aliter concedere, & habito nuper . . . . . & minifterialium noftrorum confilio . . . . . peticioni dicte faciles . . . . . ut de curia noftra *Logenfteyn* quadraginta karrate vini perfoluantur annuatim eidem . . . . . *vinum franconicum* . . . . . diuidatur & una medietas cedat nobis, alteram medietatem Comes percipiat. Si vero *franconici vini* tanta fumma non fuerit, ut pro parte Comes XL. karratas recipere poffit, de *vino hunico*, quod Archiepifcopus ibi habebit, fupplebitur. Et fi prememorate curtis vineas perfecerint & ampliate fuerint ufque ad octoginta karratas *vini franconici*, Comes fimiliter tocius vini eiusdem habebit medietatem. *b)*

 Vt

---

b) Vinum *francum*, *francicum*, *frankonicum*, Frenzwein, Frenſchwein, Frenziſchwein, und vinum *hunicum*, Huniſchwein, Hunzigwein ſind zwo Gattungen von Wein, welche in Urkunden, ſo die hieſige Gegend betreffen, ſehr oft vorkommen, und über deren Bedeutung die Geſchichtsforſcher nicht

Vt autem hec noſtra ordinacio ſiue factum . . . . . a noſtris ſucceſſoribus & poſteris omnibus

---

nicht einig ſind. Nach meiner Meinung, die ich bei einer andern Gelegenheit ausführlicher darlegen werde, heißt vinum *francicum* rother, und vinum *hunicum* weiſſer Wein. Dermalen will ich nur einige Gründe darüber berühren.

I. Durch vinum *francicum* wird nicht immer firner alter Wein bezeichnet. Denn 1.) Ad a. 1267. ap. Guden. *Codex dipl.* III. 1134. heißt es: Item campanario ecclesie Pinguensis, quod contra auram venientem compulset, de *communi torculari nostro* dimidiam amam *vini franci* & tantundem *hunici* dabimus *in autumpno*. 2.) Ad an. 1311. bei Würdtw. *Archidioc. Mogunt.* I. 106. verordnet Graf Johann von Spanheim dem Priester der Schloßkapelle zu Kreuznach ein halb Fuder Franzwein und ein halb Fuder Hunischwein, aus seinem Weinberge der Baumgarten genannt. 3.) Ad an. 1313. Kremer *Orig. Nassov.* II. 474. „Ein Fuder frenschis Wines alle Jar zu Herbiste von unserm Wingarten zu Osterburg.“ 4.) Im J. 1383. verpfändet Heinrich Flemming von Husen eine halbe Ame frenzes Wines mit den Beeren zu Algesheim. Severus *parochiæ Mogunt. intra urbem* pag. 149. Im Herbst, von der Kelter, oder mit den Beeren giebt man keinen firnen Wein.

II. Im Herbste machte man beide Gattungen von Wein, die sich schon im Weinberge wie im Faß

bus ratum habeatur & stabile . . . . . sigilli nostri signa . . . . . adhibuimus, quorum nomina sunt hec:

Faß leichtlich von einander unterscheiden liessen. Daher hiessen schon die Weinberge *vineæ franciles*, (ap. Bær. Beitr. zur Mainz. Gesch. II. p. 94.) auch die Weine *franci crementi*, (p. 300.) und durch die Güte des Weins allein war der Frenzwein vom Hunischen nicht unterschieden; denn man hatte beide von besserer und geringerer Gattung. (Carrata *franci vini melioris crementi* in Lorche, apud. Guden. *Cod. dipl.* III. 1180. ad an. 1294. Adde Würdtw. *Nov. subs. dipl.* XII. 165. ad a. 1295.) Durch die Farbe hat man sie sowohl am Stock als im Faß leichtlich erkannt, uud in den Orten, wovon in den Urkunden gemeldet wird, daß Frenzwein daselbst gewesen, wächst auch dermalen guter rother Wein, z. B. zu Lanstein, Nassau an der Lahn, Lorch, Mannebach, Heimbach und anderen.

III. Vinum *francicum*, Frenzwein, hat ohne Zweifel seinen Namen von den Franken, durch die aus diesem Lande in unsere Gegenden gepflanzte Weinreben erhalten; aber von welchen Franken? nicht von den heutigen Ostfranken am Mainstrom, deren Namen jünger ist als unser Weinbau, der schon vor den Zeiten Karls des großen von Speier bis Koblenz, an der Lahn, an der Berg-

CONRADUS Pptus major.
SIFRIDUS Pptus Sci *Petri.*
WERNERUS Pptus Sci *Stephani.*
ORTWINUS Pptus Sci *Victoris.*

HEIN-

---

straße, an der Nied und den angrenzenden Gegenden häufig getrieben worden ist, als die ostfränkische Länder ihre alte Namen von Thüringen und Nordgau noch nicht gänzlich verlorn hatten. *Conf.* Codex Laureshamensis. Die Benennung Frenzwein stammet also von Westfranken oder Frankreich her, und die französische rothe Weine haben noch itzt den Namen Franzweine.*

IV. Vinum *hunicum*, Hunischwein, leiten einige vom Hundsrücke her. Allein wie ist es wahrscheinlich, daß dieses zwischen Rhein, Mosel und Nahe gelegene, aber nicht bis an diese Flüsse angränzende kalte und zum Weinbau untaugliche Land früher mit Weinwachs versehen gewesen seyn soll, als die benachbarte an gedachten Flüssen gelegene wärmere Berge und Thäler? Die Hunnen wohnten vorzeiten in dem itzigen Niederöstreich, wo bekanntlich starker Weinwachs ist, und von daher konnten ja wohl die weissen Weinreben eben so gut zu uns kommen, als die sogenannte Oestreicher seit etwan 30 Jahren und die im Rüdesheimer Berge vor etwan hundert Jahren aus Orleans hieher gekommen sind. Die Weinreben werden manchesmal weit hergeholt, gleichwie vormals

HEYNRICUS major Decanus.
RUTHERUS Custos.
GODFRIDUS Cantor.

ABBATES quoque:
HEYNRICUS de Sco *Albano.*
HEZELHINUS de Sco *Jacobo.*
PHILIPPUS . . . .
& . . . . Sci *Thisibodi*
& Capellani nostre curie.
. . . ICUS & HERMANNUS Notarii.

COMITES.
HEINRICUS *Reni* Palatinus.
BERTOLDUS de *Cazenellenbogen.*
WERNERUS- de *Withekinstein.*
ALBERTUS de *Spanheim.*

NOBILES.
SIFRIDUS de *Heiligenberge.*
HELIAS de *Brunghusen.*

---

vormals deren von Mainz nach dem Cap de bonne Esperance, nach den kanarischen Insuln und noch vor 20 Jahren auf Befehl der Russischen Kaiserin nach Taurien oder der vormaligen Krim gebracht worden sind.

V. Durch Vinum *ponticum*, Pontischwein, wird Most oder Würze verstanden. Gud. Cod. dipl. I. 381.

FURRAT de *Wirbach*, & GODEBOLDUS.
WALFRAMUS Comes *Reni*.
DUDO Camerarius.
EMBRICO Vicedominus.
HEINRICUS de *Scherstein*.
TYRICUS Pincerna.
EMBRICO Uulpes.
DIETHERUS Scultetus.
LUDWIKUS de alta domo.
CONRADUS . . . . Marscalkus

Et alii quam plures & Clerici & Laici nostre *Ministeriales* Ecclesie, qui *Sce Synodo* intererant *Moguntine*.

Acta sunt hæc anno dominice incarnacionis M. C. nonagesimo VI°. Domino CELESTINO apostolice sedi presidente. HENRICO SEXTO Rege & Imperatore semper-augusto, Imperium & Regnum Sicilie feliciter . . . . . nostre ad Moguntin. Archiepiscopatum XXXV. . . . . . . reditus vero quartodecimo.

II.

Quod EMBRICHO de *Rüdesheim* duas vineas in *Lonstein* pertinentes ad Archiepiscopum *Moguntin.* iniuste possideat, docet littera scripta sub initium Sæc. XIII. circ. 1210.

(*Ex autographo.*)

In

In *Loginstein* uendicauit sibi contra omnem iusticiam HEINRICUS dictus RUDINSHEIM duas uineas domini Episcopi, qui dicuntur *Mantwerk*, unam sitam in loco, qui dicitur *Zume gihowinwegé*, aliam dictam *butterichis mantwerk*, ualentes cum tempora bona fuerint, annuatim sex uel octo carratas *uini frankonici*. Has uineas eciam contra iusticiam detinuerat pater dicti HEINRICI a tempore CRISTIANI episcopi, quo officio sculteti fungebatur, postque mortem ipsius filius iniuste obtenta sibi uendicauit. Defuncto isto H. EMBRICHO VULPIS de *Rudinsheim a*) nunc eas non minus iniuste possidet. *b*)

---

a) EMBRICHO de *Rudinsheim* dictus VULPIS, occurrit in annis 1209. 1227. 1228. ap. GUDEN. Cod. dipl. T. I. pag. 418. 496. & 548. Item anno 1196. supra pag. 8.

b) Die Kaiserin Uta Arnulfs Gemahlin und Ludwigs des Kindes Mutter schenkte dem Erzbischof Hatto von Mainz um das J. 900. einen ansehnlichen Hof zu Lorstein, wozu diese Weinberge, die der Schultheiß an sich gezogen, ohnzweifel gehört haben. Conf. GUDEN. *Cod. dipl.* I. 358.

III.

SIFRIDUS III A. M. per nuntios suos in curia Romana promittit solvere 1020 marcas sterlingorum Saxoni & Joanni ciuibus Romanis. Mense Julio 1234.

(*Ex autographo.*)

Omnibus presentes litteras inspecturis Milo Decanus Trecensis Judex a Dno Papa delegatus, salutem in Domino.

Notum facimus universis, quod cum Saxon Johannis Alberici & Johannes fratres ciues Romani traxissent in causam coram nobis auctoritate apostolica ven. Patrem & Dominum S. a) Dei gracia

a) SIFRIDUS III. anno elapso 1233. iisdem mercatoribus mille marcas debebat, prout patet ex litteris, quas edidi in den *Beitraegen* zur m. G. Tom. III. pag. 106. Adde alias litteras Sifridi de anno 1235. *ibidem* pag. 110 editas. Usuræ quidem tum temporis erant prohitæ, at loco earundem summa capitalis per tempora augebatur. Sic anno 1233. mense Julio SIFRIDUS III. Archiepiscopus debebat mille marchas sterlingorum, (Beitr. III. pag. 107.) anno 1334 mense Julio debebat 1020 marchas, (ut in præsenti documento legitur,) anno demum 1235. mense Maji debebat & solvit 1150 marchas sterlingorum. (Beitr. III. pag. 110.) His solutis præterea cum Creditoribus suis litigauit, prout charta sequens docet. Adde Beitr. III. pag. 114.

gracia *fancte Mogunt.* fedis Archiepifcopum fuper quadam fumma pecunie, quam dicti ciues a dicto Archiepo petebant cum dampnis & expenfis, tandem Magifter JOHAHNES Mogunt. Canonicus & Prepofitus *Pinguenfis* & Magifter JOHANNES Canonicus *Warmacenfis* nuntii & Procuratores eiusdem Archiepifcopi habentes fpeciale mandatum ad componendum & tranfigendum ab eodem Archiepifcopo cum dictis ciuibus coram nobis expofuerunt fuper premiffis amicabiliter in hunc modum, videlicet quod dicti procuratores promiferunt nomine Archiepifcopi & ecclefie fue & Archiepifcopatus fui, quod idem Archiepifcopus reddet & foluet prefatis SAXONI & JOHANNI uel uni eorum aut ipforum certo nuncio, qui prefentes litteras & litteras procuratorias dicti Archiepifcopi fecum attulerit in proximis futuris *nundinis Latiniaci*, apud Latiniacum quatuor diebus antequam clametur *hare hare*, mille & viginti marcas bonorum nouorum legalium fterlingorum, XIII. folidis & quatuor fterlinguis pro marchia qualibet computandis. Debet autem dictus Archiepifcopus facere valere in termino folucionis predicte quamlibet marcham fterlingorum prefatis ciuibus quinquaginta octo folidos bonorum & legalium ..... facientium francie ad voluntatem dictorum ciuium fiue ..... fterlingos. Tali tenore adiuncto, quod

quod si dicta pecunia dicto loco & termino non fuerit persoluta, teneatur dictus Archiepiscopus ecclesia sua & Archiepiscopatus suus dare & soluere dictis ciuibus aut uni eorum aut ipsorum certo nuntio a predicto termino in antea de singulis nundinis in nundinas pro singulis decem marchis unam marcham prefate monete in recompensationem dampnorum, & expensas duorum marcatorum cum duobus equis & duobus feruientibus, ubicunque mercatores fuerint, usque ad solutionem integram totius pecunie memorate, & omnia dampna & expensas missiones & costamenta, que dicti ciues incurrerint uel habuerint pro dicta pecunia recuperanda, tenetur idem Archiepiscopus integre restaurare, ita quod dampna & expense missiones & constamenta non computentur in sortem, sed omnia cum effectu peti possint. Ita etiam, quod credatur eisdem ciuibus aut uni eorum solo & simplici verbo super dampnis & expensis missionibus & constamentis sine alterius onere probationis. Nec erit eidem Archiepiscopo licitum, predictam pecuniam retinere ultra terminum sub pretextu recompensationis predicte contra voluntatem ipsorum mercatôrum ciuium Romanorum. Pro quibus omnibus supra dictis firmiter & plenarie ad implendis obligauerunt dicti procuratores eisdem ciuibus ipsum Archiep. ecclesiam suam & Archiepiscopa-

copatum suum & omnia bona ipsius Archiepiscopi, ecclesie sue & Archiepiscopatus sui, mobilia & immobilia, ecclesiastica & mundana, habita & habenda, presentia & futura, ubicunque fuerint inuenta.

Renuntiarunt etiam dicti procuratores nomine ipsius Archiep. ecclesie sue & Archiep. sui, ne possit dicere aliquo tempore idem Archiepiscopus dictam compensationem non fuisse factam pro utilitate sua ecclesie sue & Archiep. sui, atque dictam pecuniam non fuisse conversam in utilitates ecclesie sue & Archiepiscopatus sui & sue, neque cessionem bonorum suorum obicere nec aliquam exceptionem super hoc opponere, omnique iuris auxilio canonici & civilis & omni consuetudini & statuto priuilegio clericatus & fori, beneficio & appellationis, & noue constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali, & omni alii exceptioni reali & personali & omnibus que possent obici contra instrumentum vel factum, & que sibi in hoc facto possent prodesse, & dictis ciuibus romanis nocere. Promiserunt etiam dicti procuratores, quod idem Archiepiscopus non impetrabit, quod inquisitio fiat, propter quam predicte conuentiones non adimpleantur, sicut superius est expressum. Nec contra predicta utetur aliquibus licitis a sede

apostο-

apoſtolica impetratis ſeu etiam impetrandis, nec aliqua indulgentia ſibi conceſſa vel concedenda a Dno Papa vel ab aliquo gerente vices ipſius. Et quilibet dictorum ciuium ſolus vel cum alio poteſt petere omnia ſupra dicta ſine procuratione alterius, & ipſum Archiepiſcopum ubique locorum ſuper premiſſis omnibus conuenire. Retinuimus etiam de conſenſu dictorum procuratorum iurisdictionem, quam prius habebamus auctoritate apoſtolica in predictum Archiepiſcopum, ita quod ſi idem Archiepiſcopus defecerit in aliquo premiſſorum, quod nos poſſimus ferre & feramus in predictum Archiepiſcopum excommunicationis & in eccleſiam & familiam ipſius interdicti ſententias, & ipſas ſententias aggravare, prout dictaverit ordo iuris, & ſine relaxatione tenere, quouſque eisdem ciuibus romanis de premiſſis fuerit integre ſatisfactum. Quod facere promittimus dictis ciuibus romanis iuris ordine in omnibus obſeruato infra octo dies requiſitionis dictorum ciuium romanorum vel unius eorum. Soluta vero pecunia ſupra dicta, ut ſuperius eſt expreſſum, preſentes littere & littere procuratorie dicti Archiepiſcopi & littere dictorum procuratorum ſuper dicta ſumma confecte, & alie littere procuratorie dicti Archiepiſcopi & littere noſtre executorie & littere dictorum procuratorum ſuper mille marchas confecte debent

bent reddi dicto Archiepiscopo vel eius certo nuntio.

In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum apposuimus. Actum anno Dni M. CC. tricesimo quarto, mense Julio.

IV.

SIFRIDUS III. Archiep. Mogunt. Procuratorem ad GREGORIUM PP. IX. mittit, ad agendum contra cives quosdam & mercatores Romanos. 27. febr. 1237.

(*Ex autographo.*)

Sanctissimo Patri & Domino G. Dei gratia sacrosancte Romane ecclesie summo Pontifici, SIFRIDUS eadem gratia Magunt. Archiepiscopus cum recommendatione pedum oscula beatorum.

Ecce quod ad Curiam Sanctitatis vestre mittimus latorem presentium CONRADUM Clericum nostrum *sancte Marie ad gradus Canonicum Maguntinum*, contra nobiles viros, videlicet, *Saxonem* JOHANNIS ALBERICI fratres & socios & ALEXIUM filium PETRI CINTII & socios eius ciues & Mercatores Romanos, Procuratorem nostrum & Ecclesie nostre constituimus, ad agendum, defendendum, respondendum, excipien-

piendum, replicandum, litem contestandum, jurandum de calumpnia & ad in integrum restitutionem petendam domino nostro & Ecclesie nostre, & ad omnia singula facienda, que in persona propria facere possemus, siue coram Sanctitate vestra siue coram quocunque auditore à Sanctitate vestra concesso. Damus & ei potestatem, alium procuratorem constituere. Item ordinamus & eundem procuratorem ad componendum, paciscendum, transigendum cum mercatoribus predictis, & obligandi nos & ecclesiam nostram & bona nostra. Item ad impetrandum, contradicendum, narrationem ponendam, judices eligendos specialiter contra sepe dictos Mercatores, ipsum constituimus, & quod ipse possit alium si voluerit vel si necesse fuerit constituere procuratorem, ratum habentes & firmum, quidquid per predictum procuratorem vel ipsius substitutum fuerit in omnibus suprascriptis procuratum, & quod huic procurationi nostre fides adhibeatur, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum *Wienne* anno dominice incarnationis M. CC. XXX. septimo, tercio Kal. Martii. *a*)

V.

a) Diese Urkunde ist zu Wien in Oestreich datirt, wohin sich der Erzb. Sifrid III. mit dem Kaiser Frid.

V.

Capitulum metrop. *Moguntinum* processus appellationis contra GODEFRIDUM Comitem de Solms à sede apostolica de Præbenda provisum, prosequitur. 9. Maji. 1253.

(*Ex autographo.*)

W. Decanus *S. Johannis* & Magister G. Canon. *S. Petri Magunt.* Judices a Sede apostolica subdelegati.

Cum honorabiles viri Calbacen. & de Grunowe Abbates in causa appellationis, quam *Capitulum Magunt.* asserebat se interposuisse a Magistro Jo. scolastico S. *Florini* Confluent. executore GOD. dicti de Solmese, queque ipsis & Decano *Sancti Gereonis* in Colonia a Sede apostolica fuerat delegata, nobis commisissent totaliter vices suas, ac Capitulum diligenter instaret, quod in causa ipsa vellemus procedere, tam Capitulum quam nos dictum Decanum requisivimus ut dictum GOD. nobiscum citare curaret ad diem aliquem, quo in appellationis negotio procede-

 retur

Friderich II. begeben hatte. Er brachte daselbst den Winter zu, und hielte Rath mit dem Kaiser, wie man dessen Sohn Konrad zur Würde eines römischen Königs erheben könnte. *Chron. Australe* ad h. a. Trithem. *Chron. Hirsaug.* ad h. a.

retur iuxta formam in apoſtolicis litteris comprehenſam. Sed cum Decanus ipſe dare huiusmodi citationis litteras recuſaret, Nos a Capitulo requiſiti iuxta clauſulam illam: *quod ſi non omnes* &c. ad diem & locum citauimus prefatum G. inſinuantes eidem, quod tum oſtenſurus de iure ſuo compareret ſi vellet, eo quod tunc vellemus procedere in cauſa appellationis eiusdem, in quantum de iure poſſemus. Sed cum in termino illo ſepefatus G. nec per ſe nec per alium compareret, immo nec ſe etiam litteracione excuſaret, quare hoc non poſſet facere, vel etiam non deberet, in cauſa appellationis procedere decrevimus tali abſentia non obſtante. Et quia per depoſitiones teſtium legitimorum nobis conſtitit euidenter, quod procurator Capituli inter alia appellauerit in ſcriptis à dicto JOHANNE Scolaſtico ex cauſa in litteris appellationis expreſſa, antequam ipſe Scolaſticus tuliſſet aliquam executionis ſententiam in Capitulum ſepefatum aut etiam aliquos de Capitulo, nos appellationis huiusmodi cauſam veram & legitimam iudicantes, proceſſum Scolaſtici circa hoc habitum in irritum duximus reuocandum. Denuntiantes omnes ſententias excommunicationis ſeu quaslibet alias in Capitulum nominatum aut perſonas de Capitulo, Decanum, Cuſtodem, Magiſtrum Ludovicum *Scolaſticum*, Archipresbyterum,

Præ-

Præpositum de *Rynberg*, aut quoscunque alios per Scolasticum memoratum occasione prouisionis dicti G. latas nullius esse momenti, ac ipsos illis non fore ligatos. Actum anno Domini M. CC. LIII. VII. Idus Maii. *)

VI.

Civitates *Moguntia* & *Pinguia* defensionem & auxilium mutuum sibi promittunt, constitutis qualibet ex parte quatuor Consulibus, qui quæstiones orituras terminabunt. Act. 1254. 29. Maji.

(Ex autographo appendentibus sigillis.)

ARNOLDUS Camerarius *a*) FRIDERICUS Scoltetus *b*) Judices, Consilium & universi Ciues

B 2 *Magunt.*

*) GODEFRIDUS Comes de SOLMS non anno 1252. sed, prout ex aliis litteris autographis constat, anno 1251. apostolice prouisus fuit à sede Romana de Canonicatu in *Ecclesia metropolitana Moguntina*, cui provisioni Capitulum se opposuit, & a decreto executionis per Commissarium JOANNEM scholasticum *S. Florini* Confluentiæ lato appellavit ad judices subdelegatos. Conf. JOAN. *Rer. Mog.* II. p. 399.

a) Arnold war aus dem mainzischen Rittergeschlechte der von Thurn (de Turri.) JOANN *Rer. Mog.* II 709. Guden. *Cod. dipl* II. 466.

b) Friderich von Waltherthheim. Gud. *ib.* p. 482.

Magunt. ANSELMUS Scoltetus, *Milites c*) Scabini & universi ciues *Pinguens.* omnibus presentem litteram inspecturis, salutem in eo, qui auctor & principium est salutis.

Cum *terrarum pericula* & . . . . . . *d*) manifesta, nonnullos ex nostris iam per multum temporis discursum *destruxerint penitus & plerosque bonos & idoneos traxerint in ruinam, & innocentes opprimerentur sine calculo rationis*, ad obuiandum huiusmodi tempestatibus & procellis, modum rimari oportuit & perquiri, per quem nostri saltem termini & districtus, omissa equitatis digressione, possent ad pacis orbitam reuocari.

Hinc est, quod nos scire presentis scripti cupimus . . . . . . vniuersis tam presentibus quam

---

c) Ohnzweifel waren dieses die erzbischöfl. mainzischen Ritter und Burgmänner auf dem Schloß Klopp. Sie gehörten also nicht unter die Zahl der adeli. Räuber, wider die gegenwärtiges Bündniß ist errichtet worden.

d) Es ist Schade, daß ein kleines Stück an diesem ungemein merkwürdigen pergamenten Brief abgerissen ist. Den Platz der fehlenden Worte habe ich mit Punkten bezeichnet.

futuris, quod nos cooperante Domino Jhesu Christo *pacis auctore*, per quem totius boni exordium est & via, *propter culturam pacis & iustitie observationem* conuenimus unanimiter in hanc formam obligatione prestiti juramenti, publice nos ad inuicem adstringentes, quod fide reciproca & *dilectione mutua*, tenemur in perpetuum esse coniuncti auxilio & consilio, contra quosque nobis iniuriam irrogantes, nos relatis amminiculis nullatenus deserendo, ut quicunque ex nobis a quibuscunque *contra iustitiam* molestamur, manus aliorum ex nobis tanquam pro re propria sentiant adiutrices.

Tanta quoque federis firmitate seruabitur hoc promissum, ut non solum maiores inter nos hoc communi presidio gratulentur, verum vniuersi minores cum maioribus, *Clerici*, *Laici* & *Judei*, qui nobiscum conuixerint commorantes, hac tuitione perfrui debeant in eternum. Preterea omnia iura ciuilia in sententiis, judiciis, nec non in universis aliis *justiciis* & *Vngeltis* nec *theloneis* in Ciuitatibus & districtu nostro tanquam nostris exhibebimus inuicem equa lance, ita quod hiis iidem existendo nostri conciues una nobiscum perennniter contentur, que profecto inuicem rite obseruabimus sine dolo, & similiter

ter iurauimus & obſeruabimus hæc omnia ſine dolo vice verſa. *e*)

propter

---

e) Gegenwärtiges bisher unbekannte Bündniß zwischen den beiden Städten Mainz und Bingen vom 29. May 1254, machte den Anfang zu dem bald darauf erfolgt. grosen und berühmten rheinischen Städtebund wider ungerechte Zölle und wider die Räubereien des Adels, wodurch Handel und Wandel und alle Sicherheit bisher war gestört worden. Denn am folgenden 20. Julius ward dieses Bündniß durch den Beitritt der Städte Frankfurt, Speier, Worms und Oppenheim vermehret, und im Jahr 1255 stiege die Zahl der verbündeten Städte über siebenzig, denen sich die vier rheinische Kurfürsten, nebst vielen andern Bischöfen, Fürsten, Aebten, Grafen und Herren beigesellten. Conf. Leibn. C. I. G. D. *Mant.* II. 93. Lunig *part. ſpec. Cont.* I. Fortſ. II. 3. Dumont *Corp. dipl.* T. I. 203. Mehr von diesem Bündniß, daß zu Mainz angefangen und gegründet, auch vom Röm. König Wilhelm bestätigt worden ist, kann man lesen bei Datt *de pace Imp. publica*, Struvii *Corpus hiſt. germ.* Vogt Abriß einer Gesch. von Mainz, Trithem. Lehmann &c.

Die überaus lobenswürdige Absicht dieser Verbündungen erhellet aus gegenwärtiger Urkunde, nämlich um Frieden und Gerechtigkeit zu handhaben und wider die Ruhestörer sich wechselseitige Hilfe zu leisten. Sie nahmen einen jeden, der diese

Absicht

Propter *queſtiones* tamen, ſi que jam habentur inter nos, aut fortaſſe in poſterum exiſtere videbuntur, ne de hiis, quod abſit, nunc aut in futuro fomes discordie vel litis occaſio valeat ſuboriri, inuentum eſt circa hoc remedium . . . . . . quod videlicet in qualibet Ciuitatum noſtrarum *quatuor viri conſules* fide digni & iurati ſuper hoc ſpecialiter ſint electi, qui octo auctoritate . . . . per nos tradita, tamen ſub debito iuramenti, uniuerſas queſtiones iam inter nos exiſtentes vel inpoſterum hinc inde forſitan orituras, per compoſitionem amicabilem vel per iuſticiam terminabunt. Quod ſi per ius aut per amicabilem viam has cauſas decidere nequiuerint & ſopire, quicunque . . . . iurauerint, quod ſua Ciuitas ad id, quod ei imponitur, non teneatur iuxta iuris ordinem perſoluendum, ea Ciuitas ſuper illa penitus abſoluatur, ſi vero alicui Ciuitati moleſtia vel grauamina

 infe-

Abſicht befördern wollte, willig in ihren Bund auf. Dieſes geſchahe auch im J. 1256. mit den Rittern des deutſchen Hauſes zu Mainz. Die Stadt Mainz machte dieſelben des Bundes theilhaftig und verſprach denenſelben, daß ſie als Liebhaber des Friedens und der Gerechtigkeit wider die Ruheſtörer von allen Verbündeten Städten beſchützt werden ſollten. Guden. *ib.* IV. p. 888.

inferuntur, super ea prefati octo conuenient & de consilio ciuitatum tractabunt, qualiter id honorifice . . . . Et hii octo huius ordinationis officium *vite sue temporibus* exercebunt, decedente vero aliquo inter ipsos, a Consulibus ciuitatis, unde fuerat alter, ipsius loco continuo eligetur Si vero aliquis ipsorum egrotauerit vel peregre extra prouinciam profectus fuerit, aut alio aliquo casu sine causa legitima se absentauerit, usque ad illius reditum alter ydoneus statuetur.

Ne autem hec premissa successu temporis possint in dubium peruenire aut aliquo modo vacillare, ad ipsorum robur & memoriam sempiternam, presentem paginam sigillis nostris duximus muniendam. Acta anno Domini M. CC. LIIII. IIII. Kalend. Junii. *f*)

VII.

f) An dieser Urkunde hangen zwei große Sigel, nämlich der beiden Städte Mainz und Bingen. Auf beiden ist der heil. Martinus in bischöflicher Kleidung abgebildet. Die Umschrift auf dem Stadtmainzischen Sigel ist sehr verlett und nicht mehr zu lesen; auf jenem der Stadt Bingen aber stehet deutlich: Pinguia moguntine Sedis specialis camera, und inwendig: S. Martinus.



Ad annum 1254.

VII.

Reverſales GISELBERTI de *Rüdesheim*, quod decem marcas in *Lorch* ex mera gratia WERNHERI Archiep. Mog. ad dies vitæ tantum percipiat. 1264. 13. Novemb.

(*Ex autographo.*)

Ego GISELBERTUS dictus *Ruedensheim* proteſtor, quod in illis decem marcis colonienſibus, quas veſtro nomine Dominus WERNHERUS Archiepiſcopus *Maguntinus* de gratia ſua mihi conceſſit de curia, cenſibus vel petitione ſua in *Loriche* annuatim tollendas, habeo ius duntaxat tempore vitæ ſuæ & meæ, ita quod nullus parentum vel heredum meorum poſt mortem meam ſibi poteſt aliquid iuris vendicare in ipſis, quia non iure ſed ex mera gratia mihi eſt conceſſum. In teſtimonium predictorum ſignavi litteram hanc ſigillo meo & faciam ſigillari ſigillo WILHELMI & FRIDERICI de *Ruedensheim* fratrum & PH. Marſcalci de *Vrowenſtein*. Datum apud *Wunnendal*, *a*) anno Domini M. CC. LXIIII. Idibus Novembris.

---

a) So ſehr ich mich auch bisher mit der mainziſchen Geographie bekannt gemacht, ſo habe ich dennoch dieſes Wunnendal weder nach ſeiner Lage noch nach

VIII.

WERNHERUS Archiep. Mog. postquam thelonea in *Rheno* dimisit, ad serenandam conscientiam de prius perceptis

---

nach seiner Eigenschaft finden können. Daß es dahier kein Schreibfehler seye, beweisen drei andere Urkunden des Erzbischofs Wernher von den Jahren 1261. 1263. und 1265, (JOAN *Rer.* Mog. II. 851. --- Gud. C. d. I. 709. --- und Würdtw. *Nov. subs. dipl.* IV. pag. 34 in præf.) welche alle drei bei Wunnendal datirt sind. Mehr als eine Tagreise weit war es von Mainz nicht entfernt; denn Erzb. Wernher datirte 1261. am 21. May eine Urkunde zu Mainz, (Gud. *ib.* I. 681.) und am folgenden Tage den 22 May eine andere bei Wunnendal. (JOAN. *ib.* II. 851.) Es kann seyn, daß dadurch Botenthal, zwischen Asmannshausen und Lorch gelegen, dadurch verstanden werde, und daß der Erzb. Wernher daselbst ein Haus gehabt und zu Zeiten bewohnet habe, welches nachher abgekommen ist, als die dasigen Weinberge den Schrammen von Waldeck zu Lehen gegeben worden. Dieses Lehen ward 1434 ledig und der Erzb. Konrad III. schenkte die Weingarten an dem Botental in Lorcher Marke der Dompräsenz zu zu Mainz zu Haltung eines Jahrgedächtnisses. (Gud. Cod. dipl IV. 209.) In dasiger Gegend sollen sich auch vormals mineralische Quellen gezeigt haben. Der Weinwachs im Botenthal ist einer der vorzüglichsten in dasiger Gegend.

ceptis theloneis ab omni cenſura auctoritate apoſtolica abſolvitur. 1269. 10. Febr.

(*Ex autographo.*)

Frater RODINGERUS Prior fratrum ordinis Predicatorum *domus Moguntine*, omnibus preſens ſcriptum viſuris Salutem in omnium Saluatore. Litteras Domini Pape recepimus in hec verba:

CLEMENS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio *Priori fratrum Predicat. Mogunt.* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex tenore petitionis venerabilis fratris noſtri WERNHERI Archiep. *Moguntini*, quam venerab. frater noſter HENRICUS Ostien. & Velletrensis Epiſcopus penitentiarie noſtre curam gerens nobis preſentauit, accepimus quod licet predeceſſores ipſius Archiepiſcopi ſuper fluuium *Reni* thelonea percipere conſueuerunt ab antiquo, & idem Archiepiſcopus nulla noua impoſuerit, ſed in poſſeſſione vel quaſi fuerit percipiendi antiqua, quia tamen quam plures Nobiles & alii ſuper fluvium ipſum in pluribus locis thelonea indebite a tranſeuntibus exigebant, prefatus Archiepiſcopus, ut nobiles & alios predictos ab hujusmodi exactione retraheret, ab exactione ipſorum theloneorum deſtitit & illa omnino dimiſit. Verum quamvis

quamuis Archiepiſcopus ipſe pro hujusmodi exactione & perceptione dictorum theloneorum non credat, ut aſſerit, ullo modo ſe aliquo excommunicationis ſententia fore ligatum, ad ſuam tamen conſcientiam ſerenandum, ſupplicari fecit humiliter, ſibi prouideri per ſedem apoſtolicam de abſolutionis beneficio ad cautelam Cum igitur ſupradictus Epiſcopus de ſpeciali mandato noſtro, viue vocis oraculo ſibi facto, tibi per litteras ſuas committat, ut ſub certa forma, exinde Archiepiſcopum ipſum abſoluas, & diſpenſes etiam cum eodem, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper hoc procedas iuxta dictarum continentiam litterarum. Tenorem vero ipſarum de verbo ad verbum, preſentibus fecimus annotari, qui talis eſt:

HENRICUS miſeratione diuina *Oſtien.* & *Velletrenſis* Epiſcopus religioſo viro *Priori fratrun Predicatorum Moguntie* ſalutem in Domino. Lecta per nos Domino Pape venerabilis patris WERNHERI *Archiep. Moguntini* petitio continebat, quod licet predeceſſores ſui Archiepiſcopi Moguntini ſuper fluuium *Reni* conſueuerunt percipere thelonea ex antiquo & ipſe nulla noua impoſuerit, ſed in poſſeſſione vel quaſi fuerit percipiendi antiqua, quia tamen quamplures Nobiles & alii ſuper fluuium ipſum in

in pluribus locis thelonea indebite a transeuntibus exigebant, idem Archiepiscopus ut ab huiusmodi exactione indebita tales retraheret, ab ipsorum theloneorum exactione destitit & illa omnino dimisit. Licet autem predictus Archiepiscopus pro huiusmodi exactione theloneorum taliter perceptorum non credit ullo modo, aliqua excommunicationis sententia se l gatum, tamen ad suam conscientiam serenandam, supplicari fecit humiliter sibi per sedem apostolicam prouideri de absolutionis beneficio ad cautelam. Nos igitur de Domini Pape, cuius penitentiarie gerimus curam speciali mandato, viue vocis oraculo nobis facto, discretioni tue presentium tenore committimus, quatinus si est ita, ipsum Archiepiscopum ab excommuuicationis sententia, si quam huiusmodi occasione incurrit absoluas, iuxta formam ecclesiæ, ad cautelam, & iniuncta sibi preuia salutari & quod super hiis satisfaciat, si quibus ad satisfactionem tenetur, super irregularitate, si quam medio tempore non in contemptum clauium se diuinis officiis immiscendo vel pastorale officium exercendo contraxit, si aliud non obsistat canonicum, dispenses misericorditer cum eodem, prout secundum Deum anime sue saluti videris expedire. Datum *Viterbii* X. Kal. Novemb. P ntificatus Nostri anno IIII°. (23. Oct. 1268.)

Nos

Nos igitur hujusmodi mandati ac commissionis finibus diligentius obseruatis, memoratum Archiepiscopum a vinculo excommunicationis, si quo ob premissas causas tenebatur astrictus, absoluimus ad cautelam, super irregularitate, si quam incurreret, dispensantes cum eodem.

In huius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Actum anno Domini M. CC. LXIX. *Dominica inuocauit*, presentibus honorabilibus viris Decano Moguntino, & Decano sancti Stephani, ac religiosis viris, Priore *Prouinciali* fratrum *Predicatorum* cum suo socio, fratre LODEWICO quondam *Decano Moguntino* & Lectore *fratrum Minorum*, a) in capella Domini Decani Moguntini. b)

IX.

---

a) LUDOVICUS de *Colonia* resignavit Decanatum & Canonicatum ecclesiæ Moguntinæ & ingressus est ordinem fratrum Minorem 1267. factus ibidem Lector. Confr. JOANN. *Rer. Mogunt.* II. 300. & GUD. *Cod. dipl.* I. 605.

b) Der Erzb. Wernher, einer der fürtreflichsten Regenten, die Mainz gehabt hat, hob nicht allein aus Liebe zum Frieden und gemeinen Besten seine Zölle auf, sondern war auch überaus bedacht, die Frie-

IX.

RUDOLPHUS Rom. Rex WERNHERO Archiep. Mogunt. venationem in suis & Imperii nemoribus ad tempus vitæ concedit. 1276. 25. Octob.

(*Ex autographo.*)

RUDOLFUS dei gracia Romanorum Rex semper Augustus. Vniuersis Imperii Romani fidelibus, presentes litteras inspecturis, gratiam suam & omne bonum.

Et si ad omnes Imperii Romani fideles munificentie nostre dexteram debemus extendere debitrices, Principes tamen velut bases egregias, quibus ipsum Imperium potenter innititur speciali prerogatiua nos decet attollere & condignis beneficentie nostre fauoribus ampliare. Ea propter nosse volumus vniuersos tam posteros quam presentes, quod nos placida & accepta, que ven. WERNHERUS Archiepiscopus *Maguntinus*, Prin-

---

Friedensstörer zu bändigen. Die Grafen Ludwig, Gerhard und Heinrich von Rieneck nahm er nicht eher zu Gnaden auf, als mit dem Versprechen, keine Ruhestörer, besonders jene, die den Landfrieden durch Plünderung und Raub fleißig zu stören pflegen, in ihre Schlösser mehr aufzunehmen. (Gud. *Cod. dipl.* I. 674.)

Princeps noſter kariſſimus nobis & ſacro Imperio gratanter impendit obſequia, benignius intuentes, eidem duximus indulgendum, quod ubique in noſtris & Imperii nemoribus, feras beſtias ſine retibus venari poſſit & capere quolibet impedimento ceſſante, libere & quiete, preſentibus poſt mortem ipſius Archiepiſcopi minime valituris.

Datum in caſtris *apud Viennam* VIII. Kal. Novemb. Indictione VI. Anno Domini M. CC. LXXVI. Regni vero noſtri anno IIII. *a*)

X.

Rechtlicher Beſcheid Hermanns von Bonſteten in Betref des Hofes zu Nollingen. 1276. — 1285.

(Aus der Urſchrift.)

Ich Herman von Bonſteten ſaz ze gerihte an mins Herren ſtat Kunic Rud. von rome, unde tue

a) Rudolf von Habsburg hatte ſeine Erhebung zur Kaiſerwürde hauptſächlich dem Erzb. Wernher zu verdanken: Kein Wunder alſo, wenn er demſelben die Jagdgerechtigkeit auf Lebenszeit geſtattete.

tue kont allen den die diesen Brief sehent oder hörent lesen. Daz Her Johannes von Löbegassun alse verre hat geclaget uf den Hof ze Nollingen unde swaz dar zu höret von der clage die im min Herre der Bishof H. von Basel a) hete geben unde hat die clage alse verre mit rehter Urteile vollefüret daz er den Hof zu Nollingen unde swaz darzu höret inne sol han miz *) er dar umbe angesprochen wurt unde öch miz er im mit rehte wurd angewunnen — Do gienk Her Johannes von Löbegassun vur gerihte unde gap minem Herren dem Bishof H. von Basel sine clage wider unde alle die erkoverunge wider die er uf den Hof erkovert hete unde swaz dar zu höret. Do daz geshach do gienk min Herre der Bishof H. von Basel vur Gerihte unde gerte ze erkoverende an einer urteile. wan im Her Johannes von Löbegassun alles daz reht unde die erkoverunge wider hete geben die er erkovert hete vor Ge-

C rihte

---

a) Nachmaliger Erzbischof Heinrich von Mainz, dessen Geschichte ich künftig zu liefern gedenke.

*) Dieses Wort kann auch unz nuz oder imz gelesen werden, vermöge damaliger Schreibart, wo nach vier Strichen ein z folget. Miz scheinet mir die beste Lesart zu seyn und soviel als bis zu bedeuten.

rihte ob er den vorgenanten Hof ze Nollingen unde swaz daz zu höret iht billig solte han in Gewalt unde in gewer miz er im mit rehte wirt angewunnen. daz wart im erteilet wan Her Johannes von Löbegassun den vorgenanten Hof hete erkovert dem er sine clage ergap unde er im sin reht wider gap daz er erkovert hete daz er den vorgenanten Hof unde swaz dar zü höret inne sol han miz er im mit rehte wirt angewinnen. Der Brief wart geben ze ögsburc an dem Vritage vor unser Vrawen Tage ze derlichtmis. *)

XI.

RUDOLFUS Rom. Rex HEINRICUM *Hassiæ Landgravium* a proscriptionis sententia sub conditione absolvit. 4. Jul. 1277.

(*Ex autographo.*)

RUDOLFUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, uniuersis sacri Romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, graciam suam & omne bonum.

Tenore

---

*) Als ein Beispiel der ältesten Aufsätze in deutscher Sprache und der damaligen Gerichtsforme lasse ich diese Urkunde dahier abdrucken, die gegeben ist zu Augsburg.

Tenore presentium recognoscimus & publice profitemur, quod illustris H. *Lantgrauius Hassie* per sententiam Principum, tunc nobis assidentium, a proscriptionis sententia, cui ad instantiam ven WERNHERI Archiepiscopi *Mogunt.* Principis nostri karissimi, ipsum Lantgrauium innodauimus, se absolui a nobis obtinuit, sub hac forma, quod infra sex septimanarum spacium, a die absolucionis computandarum, coram excommunicatore idem Lantgrauius parere deberet, & hoc etiam ipsi Archiepiscopo nuntiare Quod si factum non fuit, cum interpellati ab ipso Archiepiscopo fuerimus, faciemus, quod dictauerit iuris ordo. Dat. *Wienne* IIII. Non. Julii Ind. V. Regni nostri anno IIII.

XII.

Der Johanniter Ordensmeister JOANNES de *Villaribus* bittet den Bischof Heinrich von Basel um Fürsprache bei dem Kaiser Rudolf, damit dieser seinem Orden das von Rudolfs Kindern hinweggenommene Schloß Arloch zurückgeben möge. 1276—1285.

(*Ex autographo.*)

Reuerendo in Christo Patri ac Domino H. Dei gracia *Basilien.* Episcopo, Frater JOHANNES

 de

de *Villaribus* eadem gracia ſancte Domus Hoſpitalis *ſancti Johannis Iherlm.* Magiſter humilis ac pauperum Chriſti Cuſtos, cum omni reuerencia & honore paratam ad eius beneplacita voluntatem. Cum Vir clare memorie LUDOUICUS olim Comes de *Freobenit* pro remedio anime ſue nobis & domui noſtre contuliſſet caſtrum de ARLOCH cum eiusdem pertinenciis in perpetuum poſſidendum, ſub conditione appoſita, quod nos poſt deceſſum eiusdem *quingentas marchas argenti* teneremur pro ſue anime remedio pauperibus erogare, & *quatuor milites* ſuſtinere cum noſtris ſumptibus ad defenſionem & ſubſidium terre ſancte, quod adimpleuimus pro parte, & reſiduum ſumus parati pro noſtris viribus adimplere, quod caſtrum predictum a liberis Illuſtriſſimi & potentiſſimi Domini Dni R. Dei gracia nobilis Regis Romanorum & ſemper Auguſti iniuſte & indebite detinetur, cum per aliquod tempus illud poſſederimus pacifice & quiete ſicut paternitatem veſtram credimus non latere.

Hinc eſt, quod Dominacionem veſtram reuerendam quantum poſſumus, requirimus & rogamus humiliter & deuote, quatenus dictum Dominum excellentem Regem ad hoc, quod caſtrum predictum nobis reſtituatur, inducere dignemini & velitis, ſperamus etenim, quod ſi benignitas veſtra

vestra eidem Domino Regi exposuerit, sub qua consciencia nostrum detineatur castrum per suos liberos, restitucionem facere non postponet, maxime cum ipsius excellens potentia ipsius meritis suffragantibus adeo se extendat, quod possit *suis liberis aliunde & honorifice prouidere.* Tantum Pater reuerende super hoc facientes, quod preces vestras erga dictum Dominum Regem prodesse effectuosius senciamus, & quod nos simus vobis obnoxii in futurum. Valeat vestra Reuerenda Paternitas in Domino per tempora diuturna. Datum apud *ecclesias* *) de *Argentul.* die sabbati post festum bti Marci *Euangeliste.* **)

---

*) Non est satis legibiliter scriptum hoc vocabulum.

**) Sine anno. Sigillum appendet plumbeum in filo serico, magnitudine adæquans sigillum plumbeum Bullarum Papalium, exhibens virum flectentem ante crucem hyerosolimitanam siue cum duplici trabe transversa, cum circumscriptione: FRATER JOHANNES CUSTOS, & in facie aversa virum jacentem in feretro sepulchrali cum circumpositis verbis: HOSPITALIS IHERUSALEM.

XIII.

Die Städte Miltenberg, Bischofsheim und Amorbach versprechen dem Domkapitul zu Mainz wärend der Zwischenregierung, bis ein neuer Erzbischof die Regierung antritt, Gehorsam zu leisten. 13. Dezb. 1285.

(*Ex autographo.*)

Res debet veritatis aminiculo fulciri, de qua potest questionis scrupulus suboiiri. Nos igitur HERTWICUS Scultetus . . . Scabini & vniuersitas Ciuium de *Miltenberg* . . . Anno Domini Millesimo ducentesimo Octogesimo quinto, in die beate Lucie Virginis, Constituti in presencia venerabilis viri G. *a*) *Decani* Ecclesie Moguntine, nec non Domini E. *b*) *Archipresbyteri* Prouisoris eiusdem Ecclesie, qui nomine predicte ecclesie & Capituli fuerant substituti, de quadam dissensione & controuersia, que inter nos post obitum venerabilis Domini nostri W. Archiepiscopi vertebatur, medium facientes concordauimus in hunc modum, quod nos de *Miltenberg* . de *Bischopheshem* & de *Amerbach*, pro-

---

a) GEBEHARDI. Conf JOANNIS R. M. T. II. p. 300.

b) Vermutlich EMBRICHO von SCHOENECK. *Ibid.* pag. 235. & 353.

professi sumus & profitemur literas per presentes, quod predictis Dominis & Capitulo supradicto, usque ad futurum Archiepiscopum seruire, obedire debemus, tanquam Archiepiscopo in omnibus iuribus & mandatis. Adiectum est eciam, vt & prelibati Domini nostri, defendere nos debeant, & non offendere tam Christianos quam Judeos tanquam suos fideles subditos in omnibus & tueri. Ne vero de huiusmodi tractatu vel composicione scrupulus aliquis in posterum oriatur, presentes literas scribi fecimus, & sigillorum nostrorum, videlicet de *Miltenberg*, de *Bischoph*. & de *Amerbach* munimine roboratas. Acta sunt hec anno, die & termino supradicto, presentibus venerabilibus viris Domino H. Decano Ecclesie *Aschaphenburgensis* . . . Domino Scolastico eiusdem Ecclesie, F. Plebano de *Miltenberg*, Archipresbytero de *Thubergaw*, F. Vicedomino de *Aschaphenburg*, ECKEHARDO Milite dicto de *Bleichenbach*, HENRICO dicto de *Thuphellin*, Ciue Moguntino, & aliis quam pluribus fide dignis.

XIV.

Beglaubigungsschreiben des K. Rudolfs für den Bischof Heinrich von Basel an den Pabst Honor IV. um den Krönungstag anzusetzen, vom 1. Febr. 1286.

(*Ex autographo.*)

Sanctissimo in Christo Patri Domino HONORIO diuina prouidentia sacrosancte Romane Ecclesie summo Pontifici, RUDOLFUS Dei gracia *Romanorum Rex* semper Augustus, cum filialis obeditionis & reuerencie promptitudine deuotissima pedum oscula beatorum.

Quia in fide fincera & deuotione purissima Reuerendi Patris H. *Basilien.* Episcopi, Principis & *Secretarii nostri karissimi*, quam in ipso laudabilibus & preclaris operibus sumus experti multociens fructuose & cotidie experimur, pre ceteris fiduciam gerimus ampliorem, Ipsum *cui omnia secreta cordis nostri sunt cognita*, ad beatitudinis vestre pedes fiducialiter destinamus, dantes ei auctoritatem plenariam & liberam potestatem ac speciale mandatum, petendi, impetrandi & acceptandi diem nobis de vestra paterna prouidentia prefigendum, pro suscipiendo de vestris sacrosanctis Manibus *Imperiali Diademate* & imponenda nobis *corona cesaree dignitatis*

tatis, & jurandi in animam noſtram ſuper obſeruatione omnium illorum, que circa premiſſa, ab eo, veſtra paternitas duxerit requirenda, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale, ratum & gratum habituri, quidquid ipſe Epiſcopus acceptauerit, ordinauerit ſeu fecerit in premiſſis.

In quorum teſtimonium preſentes litteras inde conſcribi & *Maieſtatis noſtre ſigillo* iuſſimus communiri. Datum *Auguſte* Kal. Febr. Indict. XIIII. Anno Domini M. CC. LXXX. ſexto Regni noſtri anno XIII. *a*)

XV.

Vollmacht des K. Rudolfs für den B. Heinrich, um mit dem Kardinal Matheus über Toskana und dessen Vikariat Verhandlungen zu pflegen. Vom 1. Febr. 1286.

(*Ex autographo.*)

Nos RUDOLFUS Dei gracia *Romanorum Rex* ſemper Auguſtus, Tenore preſencium ad uni-

---

a) Diese und mehrere nachfolgende Urkunden, die bisher verborgen geblieben, verbreiten vieles Licht über die Reichsgeschichte und besonders über die Verhält-

uniuerforum facri Romani Imperii fidelium noticiam volumus peruenire, quod nos de fide fincera & deuocione puriffima Reuerendi Patris H. *Bafilien.* Epifcopi, Principis & Secretarii noftri kariffimi, quam in ipfo laudabilibus & preclaris operibus fumus experti multociens fructuofe & cottidie experimur, pre ceteris gerentes fiduciam ampliorem, fibi damus auctoritatem plenariam & liberam poteftatem, ac fpeciale mandatum, tractandi, ordinandi cum Reuerendo in Chrifto Patre Domino MATHEO diuina prouidencia fancte Marie in Porticu Cardinali Dyacono, amico noftro kariffimo, fuper terra *Tufcie* vel *Vicariatu eiusdem*, ac ipfum Dominum MATHEUM nomine noftro *per Tufciam* Vicarium conftituendi, ac ipfum in poffeffionem Ciuitatum, Opidorum, Caftrorum, Villarum & Municionum quarumcunque *tanquam noftrum Vicarium* mittendi, nec non faciendi & acceptandi, & in animam noftram iurandi, fi neceffe fuerit, & firmandi ac ftabiliendi omnia & fingula, que circa dictam terram *Tufcie* vel Vicariatum eiusdem cum predicto Domino MATHEO fuc-

---

hältniſſe des Kaiſers Rudolf mit dem Röm. Hofe. In meiner künftig herauszugebenden Geſchichte des Erzb. Heinrichs II. von Mainz werde ich mehr Erläuterung darüber geben.

fuerint facienda, firmanda, ſtabilienda, ac eciam ordinanda, eciam ſi mandatum exigant ſpeciale, Ratum & gratum habituri, quicquid idem Epiſcopus tractauerit, ordinauerit, fecerit, pepigerit ac firmauerit in premiſſis.

In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi & Maieſtatis noſtre ſigillo fecimus communiri. Datum in *Auguſta*, Kal. Februarii, Indictione XIIII. Anno Domini M. CC. LXXX. ſexto, regni vero noſtri anno tercio decimo. *)

---

*) Dieſe Urkunde hat GERBERT *hiſt. ſilv. nigræ* T. III. p. 214. auch abdrucken laſſen. Allein ſeine Bemerkung, daß Heinrich, obſchon er vor 8 Monaten zum Erzbiſchof von Mainz ernannt geweſen, doch noch Biſchof von Baſel heiſſe, fällt von ſelbſt hinweg, wenn man bedenket, daß Rudolf den Heinrich ohnmöglich Biſchof von Baſel hätte nennen können, wenn die Bulle des Honrius (Urkunde XXX. worin Heinrich Erzbiſchof von Mainz genannt wird,) ſchon 8 Monate zuvor vom Pabſt an den Rudolf gefertigt worden wäre.

XVI.

Vollmacht des Röm. Königs Rudolf für den Bischof Heinrich von Basel, um mit dem Ursus von Ursini über das Land Tuszien und dessen Vikariat Verhandlungen zu pflegen. 1. Horn. 1286.

(*Ex autographo.*)

Nos RUDOLFUS Dei gracia *Romanorm Rex* semper Auguſtus, tenore preſencium ad uniuerſorum Sacri Romani Imperii fidelium notitiam volumus peruenire, quod nos de fide ſincera & devocione puriſſima Reverendi Patris H. *Baſilienſis* Epiſcopi, Principis & Secretarii noſtri kariſſimi, quam in ipſo laudabilibus & preclaris operibus ſumus experti multociens fructuoſe & cottidie experimur, pre ceteris gerentes fiduciam ampliorem, ſibi damus auctoritatem plenariam & liberam poteſtatem ac ſpeciale mandatum tractandi, ordinandi, paciscendi, promittendi, conveniendi, concordandi cum egregio viro VRSO de *Vrſinis* noſtro & Romani Imperii fideli dilecto, ſuper terra *Tuſcie* vel *Vicariatu eiusdem*, ac ipſum VRSUM nomine noſtro per *Tuſciam* Vicarium conſtituendi, & ipſum in poſſeſſionem Civitatum, Opidorum, Caſtrorum, Villarum & Municionum quarumcunque tanquam noſtrum VICARIUM mittendi, nec non faci-

faciendi & acceptandi, & in animam nostram jurandi, si necesse fuerit, & firmandi ac stabiliendi omnia & singula, que circa dictam terram *Tuscie* vel *Vicariatum eiusdem* cum predicto Domino VRSO de *Vrsinis* fuerint facienda, firmanda, stabilienda ac eciam ordinanda, eciam si mandatum exigant speciale, ratum & gratum habituri, quidquid idem Episcopus tractaverit, ordinaverit, fecerit, pepigerit ac firmaverit in premissis.

In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi & Maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. Datum in *Augusta* Kal. Februarii, Indictione XIIII. Anno Domini M. CC. LXXXVI. Regni vero nostri anno tercio decimo. *)

XVII.

*) Diese Urkunde hat auch der Herr Fürstabt Martin Gerbert zu St. Blasi in seinem *Auctuario diplomatum Codicis epistolarum Rudolfi Rom. Regis*, pag. 235. Num. XVI. abdrucken lassen. Allein er hat die Jahrzahl 1283 unrichtig angegeben, indeme ich bei genauer Betrachtung der Originalurkunde die Jahrzahl 1286 deutlich gefunden habe. Auch die angegene Indictio XIIII. und annus regni XIII. kommen mit dem Jahr 1286 überein. Diesen Schreibfehler glaube ich um so mehr dahier bemerken

XVII.

Geleitbrief des Kaisers Rudolf für den Bischof Heinrich von Basel, an die Städte in Italien. 1. Febr. 1286.

(*Ex autographo.*)

RUDOLFUS Dei gracia *Romanorum Rex* ſemper Auguſtus, uniuerſis Ciuitatibus per *Italiam*, *Tuſciam* & *Romaniolam* ſuis & Imperii Romani fidelibus, graciam ſuam & omne bonum. Cum nos vener. H. *Baſilienſem Epiſcopum*, Principem & Secretarium noſtrum kariſſimum, cuius clara fides & feruens deuotio erga nos & ſacrum Imperium Romanum adinſtar luminoſi choruſcant ſideris, pro noſtris & ipſius Imperii negociis ad pedes ſanctiſſimi patris noſtri, Domini HONORII ſummi Pontificis dirigamus, fidelitatem veſtram, de qua fiduicie plenitudinem obtinemus, affectuoſe requirimus & rogamus, quatenus predictum noſtrum Principem in noſtris agendis & Imperii, vobis habeatis fideliter recommiſſum, & ei pro noſtra reuerentia *de ſecu-*

ro

ſen zu müſſen, weil obgedachter berühmte Herr Verfaſſer dadurch veranlaſſet worden iſt, bei der Geſchichte Rudolfs gewiſſe Nachrichten ins Jahr 1283 zu ſetzen, die ohnſtreitig ins Jahr 1286 gehören.

ro *conductu*, prout a vobis requisierit, prouidere curetis. Super premissis autem & aliis vobis eiusdem, cui *cordis nostri secreta cuncta sunt cognita*, fidem adhibeatis credulam tanquam nostris. Taliter facientes, quod fidei vestre promptitudinem non immerito teneamur multipliciter commendare. Datum *Auguste* Kal. Febr. Indict. XIIII. Anno Domini M. CC. LXXX sexto, Regni vero nostri anno XIII. *)

XVIII.

Kaiser Rudolf empfielt den Bischof Heinrich von Basel dem Kardinal Bernhard, Bischofe zu Porto. 1. Febr. 1286.

(*Ex Antographo.*)

Reuerendo in Christo Patri Domino BERNHARDO *Portuensi* & sancte Rufine *Episcopo* *Cardi-*

---

*) Edidit quoque hanc epistolam GERBERTUS *in Cod. epist. Rudolphi* I. pag. 231. Ubi tamen notandum, quod annus MCCLXXVI. mendose ibidem scriptus sit. Ipse Rmus Gerbertus mendum in litteris suis irrepsisse advertit, & in nota c) per hoc corrigere studet, quod in anno regiminis numerus denarius abundet. Verum inspecto autographo

Cardinali, amico ſuo kariſſimo, RUDOLFUS Dei gracia *Romanorum Rex* & ſemper Auguſtus, ſalutem & integerrime dilectionis & amicicie continuum incrementum. Non in enigmate ſed in effectu clarorum operum vener. Patris H. *Baſilien. Epiſcopi*, Principis & Secretarii noſtri kariſſimi, fidei inobliguabilis rectitudo, nobis & ſacro Romano Imperio de die in diem lucidius eluceſſit, ſic, quod de ipſo pre ceteris fiducie plenitudinem obtinentes, noſtra & ſacri Romani Imperii negocia ſibi fiducialius committamus. Unde ipſum ſuper noſtris & ipſius Imperii negociis ſalubriter & utiliter *veſtre promotionis mediante preſidio* dirigendis, ad veſtre paternitatis clemenciam duximus deſtinandum, Paternitatem veſtram, quam ſemper in agendis noſtris fauorabilem inuenimus & vltroneam, affectuoſiſſime deprecantes, quatenus ex innata veſtris precordiis pietate, predictum Principem more ſolito benigne audire dignemini & fauorabiliter in noſtris negociis promouere, & ei *cui cordis noſtri archana plene ſunt cognita*

---

grapho, quod in manibus habeo, clare deprehendo, quod in eius apographo numerus denarius in anno omiſſus ſit. Indictio quoque XIIII. in his litteris conſignata argumento eſt, quod mendum in anno Dati, non in anno Regiminis obrepſerit.

nita & quem pro consumacione & expeditione negociorum nostrorum *de multis elegimus*, adhibeatis fidem credulam *tanquam nobis* Nostris & negociis *& suis*, tam fructuose vestra benignitas dignetur intendere cum effectu, vt proinde diuersis, que votis vestris sint consona feruencius oportunis temporibus intendamus. Datum *Auguste* Kalend. Februarij, Regni nostri anno XIII.

A tergo. Reuerendo in Christo Patri Domino Bernhardo Portuen. & sancte Rufine Episcopo Cardinali, amico nostro karissimo.

XIX.

Kaiser Rudolf I. empfielt den Bischof Heinrich von Basel dem päbstlichen Notar Angelus zu Rom. 1286. 1. Febr.

(*Ex autographo.*)

RUDOLFUS Dei gracia *Romanorum Rex* semper Augustus, Honorabili & prudenti viro Magistro ANGELO Domini Pape *Notario*, amico suo karissimo, salutem & sincerum Regie benignitatis affectum. Non in enigmate sed in effectu gloriosorum operum vener. Patris H. *Basiliensis Episcopi*, Principis & secretarii nostri

kariſſimi , fidei inobliguabilis rectitudo , nobis & ſacro Romano Imperio de die in diem lucidius eluceſcit, ſic quod de ipſo *pre ceteris fiducie plenitudinem obtinentes*, noſtra & ſacri Romani Imperii negocia ſibi fiducialius committamus. Unde ipſum ſuper noſtris & ipſius Imperii negociis ſalubriter & utiliter veſtre promocionis mediante preſidio dirigendis ad veſtram preſenciam duximus deſtinandum, Diſcretionem veſtram, quam ſemper in agendis noſtris fauorabilem inuenimus & ultroneam , affectuoſiſſime deprecantes, quatenus noſtre dilectionis intuitu predictum noſtrum Principem more ſolito audire velitis & promouere , ei *cui cordis noſtri archana plene ſunt cognita*, quemque pro conſumatione & expeditione negociorum noſtrorum *de multis elegimus*, fidem adhibendo credulam ſicut nobis, noſtris eciam negociis tam fructuoſe curetis intendere cum effectu , ut proinde uniuerſis , que votis veſtris ſunt conſona , feruentius oportunis temporibus intendamus. Datum *Auguſte* Kal. Febr. Regni noſtri anno XIII°.

A tergo. Honorabili & prudenti viro Magiſtro Angelo, Domini Pape Notario, amico noſtro kariſſimo. *a)* XX.

---

a) Similes litteræ ejusdem dati & verborum datæ ſunt eidem HEINRICO *ad Magiſtrum* RICHARDUM *Papæ Notarium.*

XX.

Kaiser Rudolf empfielt den Bischof Heinrich von Basel dem Kardinal Pentavenga. 1286 2. Febr.

(*Ex autographo*)

Reuerendo in Christo Patri Domino PENTAUENGA *Albanen. Episcopo Cardinali* a) amico suo karissimo, RUDOLFUS Dei gracia *Romanorum Rex* semper Augustus salutem & integerrime dilectionis & amicicie continuum incrementum. Ad *illorum promocionem* nos & serenitatem nostram decet & delectat intendere benignius, quos videmus & oculta probat veritas, se nostris accomodare in tantum & reipublice seruiciis, quod nullius difficultatis obstaculum ipsos diuertere valeat ab iisdem, vestre & paternitatis providencia si diligenter attendat, in quanta ferventia puritatis Reverendus Pater H. *Basilien. Episcopus* Princeps noster & Secretarius fidelissimus pro sacri Romani Imperii necessitatibus *labores magnos* & *graves sustinuerit pressuras* & quanta constancia quantaque providentia *pro ecclesie sue Basilien. jure defendendo & recuperando* se opposuerit insurgentibus ex

D 2 adver-

a) Aus dem Minoriten Orden. Conf. Magnum Chron. belg. ap. Pistor. T. III., p. 287.

adverſo, omnia tandem ſuperatis adverſariis ad tranquillitatem omnimodam ſedula procuratione convertens ad omne bonum ſuum & commodum ampliandum nobis non requirentibus liberaliter aſſurgere dignaretur. Verum quia plerumque non obeſt, vigiles mentes in potioris vigilantie ſtudium excitari, ut ille ſincerus, quem *ſuis claris prevenientibus meritis* ad dictum Epiſcopum gerimus affectus, dilucide clareat, veſtre paternitatis providenciam devocius exoramus affectu quo poſſumus ampliori, quatenus memoratum Epiſcopum & eccleſiam ſuam in negociis eorundem habere dignemini recommendatos & favore proſequamini *gratie ſpecialis*, ut & nos ad omnia, que eccleſie Romane ſacroſancte matris noſtre piiſſime accepta noverimus, juxta conſilium veſtre providencie abiliores & prompciores efficiamur, & quod vos & veſtra negocia proinde oportunis temporibus favore benevolo proſequamur. Datum *Auguſte* IIII. Non. Febr. Regni vero noſtri anno XIII.

A tergo. Reverendo in Chriſto Patri Domino Pentauenga Albanen. Epiſcopo Cardinali, amico ſuo kariſſimo. *)

XXI.

*) Mit den nämlichen Worten und von demſelben Datum hat auch Rudolf Schreiben an die Kardinäle

LATI-

XXI.

Kaiser Rudolf empfielt den Bischof Heinrich von Basel dem Markgrafen Otto von Este und Anchona. 3. Febr. 1286.

(*Ex autographo.*)

RUDOLFUS Dei gracia *Romanorum Rex* semper Augustus. Illustri O. *Esten. & Anchonit. Marchioni*, fideli suo dilecto, graciam suam & omne bonum. Ex parte Nunciorum nostrorum, quos pro nostris & Imperii Romani negociis, ad illarum partium terminos destinamus, frequenter colligimus, quod tu tanquam zelator nostri honoris & predicti Imperii, lete & gratanter eosdem suscipis, & honorabiliter non desinis pertractare. Super quo tibi ad grates uberrimas inclinantes, fidelitatem tuam, de qua fiducie plenitudinem obtinemus, affectuose re-

---

LATINUS Bischof von Ostia und Velletro, JORDANUS und MATHEUS beide Diakonen erlassen, worüber ich die Originale verglichen habe. Ueber die Courtosie in Rudolfs Briefen ist zu bemerken, daß er in jenen an den Pabst und die Kardinäle seinen Namen nachgesetzt, in allen übrigen aber vorgesetzt habe.

quirimus & rogamus, quatenus nostre dilectionis intuitu, venerabilem HENRICUM *Basilien.* Episcopum, Principem & Secretarium nostrum karissimum, quem ad presens ad pedes summi Pontificis duximus transmittendum, more solito tibi habeas recommissum, & *de securo conductu* si necesse fuerit, ei studeas prouidere. Super premissis autem, verbis predicti nostri principis, fidem adhibeas credulam tanquam nostris. Datum *Auguste*, Tertio Nonas Februar. Regni nostri anno XIII°.

A tergo. Illustri O. Esten. & Anchonit. Marchioni dilecto fideli nostro.

XXII.

Kaiser Rudolf empfielt dem Bischofe Latinus von Ostia den Probst Albrecht vom Ilmstadt. 5. Febr. 1286.

(*Ex autographo.*)

Reuerendo in Christo Patri Domino LATINO diuina prouidencia Episcopo *Ostiensi*, amico suo dilecto RUDOLFUS Dei gracia *Romanorum Rex* semper Augustus, integre dilectionis continuum incrementum; De eximia vestre paternitatis clemencia, que erga nostra & nostrorum negocia

gocia, prout operum claret indiciis votiuum suscipit incrementum singularis fiducie plenitudinem obtinentes, paternitatem vestram affectuosissime deprecamur, quatenus honor. virum ALBERTUM prepositum *Ilmonstren.* deuotum nostrum dilectum, vobis habere dignemini recommissum, & eum in suis negociis nostre dilectionis intuitu fauorabiliter in Romana Curia promouere. Datum *Auguste* Non. Februarii Regni nostri anno XIII.

A tergo. Reuerendo in Christo Patri Domino Latino diuina prouidencia Episcopo Ostiensi, amico nostro dilecto. *)

D 4 XXIII.

*) Vorstehende Urkunde lasse ich hier abdrucken, weil sie die Geschichte des Klosters Ilbenstadt oder Ilmstadt erläutert, wenn es wahr ist, daß durch *Ilmonstren.* Ilmstadt hier verstanden werde. Den Grund zu dieser Vermuthung nehme ich daher, theils weil es scheinet, daß der Schreiber des Kaisers das Wort Ilmstadt, nach der gemeinen Aussprache genommen, und durch *Ilmonstren.* lateinisch gegeben habe, theils weil dieses mit den Akten des Klosters Ilmstadt übereinkömmt, deren Richtigkeit Hr. Weib. Würdtwein in seinen *Notitiis historico-diplomaticis de Abbatia* Ilbenstadt *Ord. Praemonstr. in Wetteravia pag. 69 & 73* aus dem Grunde

XXIII.

Kaiser Rudolf empfielt dem Pabst Honorius IV. seinen Vizekanzler Heinrich von Klingenberg zu einem Bisthum 5. Febr. 1286.

(*Ex autographo.*)

Sanctissimo in Christo Patri Domino HONORIO sacrosancte Romane ecclesie summo Pontifici, RUDOLFUS Dei gracia *Romanorum Rex* semper Augustus, cum filialis obeditionis & reuerentie promptitudine deuotissima pedum oscula beatorum Honorabilis & discretus vir Magister HENRICUS de CLINGENBERG, Doctor Decretorum, noster Prothonotarius & *Vicecancellarius* predilectus, quem Capellanorum vestrorum con-

---

Grunde verwirft, weil ein Probst Johannes in den Jahren 1275. 76. 77 und 94 in Urkunden vorkomme. Allein ich glaube, daß die Akten und die Urkunden miteinander bestehen können, wenn man annimmt, daß der Probst Johann im J. 1277 abgegangen, Albrecht ihm gefolgt, und nach dessen Tode ein anderer Probst Johann nach dem J. 1286 diese Stelle bekleidet habe.

Eben ein solches Schreiben und des nämlichen Inhaltes hat auch Rudolf an den Kardinal-Diakon Jakob de Columpna unter demselben Datum erlassen.

conforcio agregaſtis, multarum virtutum inſigniis & ſcientiarum titulis adeo decoratur, quod ipſum pre ceteris noſtris familiaribus, amplioris fauoris & gracie plenitudine amplectentes eum proſequimur gratioſe. Et quia ipſius conſideratis meritis, eum ad curam & regimen paſtoralis officii aut alterius dignitatis, prout fide didicimus oculata, habilem cognouimus, & habiliorem cottidie experimur, tanquam *circa ſpiritualia floridum & in temporalibus circumſpectum*, Paternitati veſtre piiſſime, quam ſemper circa nos & noſtros fauorabilem inuenimus, ſumma fiducia fiducialiter ſupplicamus, quatenus ex conſueta beneuolencia predicto Magiſtro HENRICO, ſinum paterne gracie apperire dignemini, & eum, quem ad Regimen & gubernacionem alte dignitatis, dignum & idoneum reputamus, graciose reſpicere, quemadmodum venerabilis HENRICUS *Baſilienſis* Epiſcopus, Princeps & Secretarius noſter kariſſimus, quem de intencione noſtre mentis informauimus, noſtro nomine veſtre pietati propoſuerit viua voce. Cui ſuper hijs aurem credulam tanquam nobis pietate ſolita pie dignemini inclinare. Datum *Auguſte*. Nonas Februar. Regni noſtri anno XIII.

A tergo. Sanctiſſimo in Chriſto Patri & Domi-

Domino, Domino Honorio ſacroſancte Romane Eccleſie ſummo Pontifici.

inferius: Clingenberg. *a*)

XXIV.

Kaiſer Rudolf I. empfielt dem Kardinal Benedikt ſeinen Vizekanzler den Heinrich von Klingenberg, in gewiſſen Anliegen, worüber ſein Geheimſchreiber der Biſchof Heinrich von Baſel demſelben ein Mehreres mündlich eröffnen werde. 6. Febr. 1286.

(*Ex autographo.*)

Reuerendo in Chriſto Patri Domino BENEDICTO diuina prouidencia ſancti Nicholai in Carcere

---

a) Dieſer Heinrich von Klingenberg, der in dieſer und in der nachfolgenden Urkunde vom Kaiſer Rudolf ſo ſehr zu einem Biſthum empfolen wird, hat dennoch vom Pabſte nichts erhalten. Er war aus Schwaben gebürtig, einer der gelehrteſten und berühmteſten Männer ſeiner Zeit, Decretorum Doctor, kaiſerlicher Protonotar und Reichsvizekanzler, päbſtlicher Kaplan und Rudolfs vertrauter Freund. Nach Rudolfs Abſterben verfolgte ihn

Carcere Tulliano Dyacono *Cardinali*, amico ſuo dilecto RUDOLFUS Dei gracia *Romanorum Rex* ſemper Auguſtus; Integre dilectionis continuum incrementum. Honorabilis & diſcretus vir Magiſter H. *Clingenberg* Doctor Decretorum, Imperialis aule noſtre *Protonotarius* & *vicecancellarius* predilectus multarum virtutum Inſigniis & ſcientiarum titulis adeo decoratur, quod ipſum pre ceteris noſtris familiaribus ampliore fauore & gracie plenitudine amplectentes, eum proſequimur gratioſe. Et quia ipſius conſideratis meritis eum ad curam & regimen paſtoralis officii, aut alterius dignitatis, prout fide didicimus oculata, habilem cognouimus & habiliorem cottidie experimur, tamquam circa ſpiritualia prouidum & in corporalibus circumſpectum, Paternitati veſtre piiſſime, quam ſemper circa nos & noſtros fauorabilem inuenimus, cum ſumma fiducia fiducialiter ſupplicamus, quatenus ex conſueta beneuolencia pre-

---

ihn der Erzb. Gerhard II. von Mainz ſo ſehr, daß ihm ſogar der Kaiſer Adolf verſprechen mußte, den Klingenberg ohne des Erzbiſchofs Einwilligung nicht in ſeine Dienſte zu nehmen. (Guden. *Cod. dipl.* I. 862.) Endlich ward er im J. 1300 Biſchof zu Koſtniz und ſtarb im J. 1306. Conf. Gerbert *hiſt. nig. ſilvæ* II. 37.

predictum nostrum Prothonotarium in suis negociis apud sanctissimum Patrem Dominum HONORIUM summum Pontificem fauorabiliter dignemini promouere, quemadmodum vener. H. *Basilien.* Episcopus, Princeps & *Secretarius noster karissimus*, quem de intentione nostre mentis informauimus, nostro nomine vestre paternitati proposuerit viua voce, cui super hoc aurem credulam tanquam nobis pietate solita pie dignemini inclinare. Datum *Auguste* VIII. Idus Februarij, Regni nostri anno XIII.

XXV.

Schreiben Rudolfs an Honor IV. wegen geheimer Aufträge, welche er dem Bischof Heinrich in Betreff einer Heurath gegeben hat. Vom 6. Febr. 1286.

(*Ex Autographo.*)

Sanctissimo in Christo Patri Domino HONORIO diuina prouidencia sacrosancte Romane ecclesie summo Pontifici, RUDOLFUS Dei gracia *Romanorum Rex* semper Augustus, cum filialis obedicionis & reuerencie promptitudine, deuota pedum oscula beatorum.

Quia non nunquam absencium desideria plenius & planius viue vocis explicantur oraculo quam

qüam annotacione tacita litterarum, Ecce quod venerabilem H. *Basiliensem Episcopum* Principem & Secretarium nostrum karissimum, *cui cordis nostri archana plenc sunt cognita*, ad pedes vestre Sanctitatis fiducialiter destinamus, humiliter supplicantes, quatenus vocibus, que in os suum posuimus *super matrimonio* per liberos Militaris viri ULRICI de Tur . . . *) fidelis nostri dilecti contracto vel eciam contrahendo aurem dignemini credulam inclinare.

Datum in *Augusta* VIII. Idus Febr. Regni nostri anno XIII.

---

*) Die folgende Buchstaben dieses Namens waren nicht recht zu erkennen, und ich weiß nicht, ob es Turiperg oder Turips heissen soll. Vermutlich ist es eben derselbe, der unten in der Urkunde LXII. vorkommt. Aus dem Zusammenhang dieser beiden Urkunden schließe ich, daß Heinrich in Betreff dieser Heurath zu Rom nichts ausgerichtet habe, sondern daß die Sache dem nach Deutschland abgeschickten Legaten Johann, wovon die Urkunden XXXIV. XXXV. XXXVI. LX. und LXII. sprechen, übergeben worden, an den sich Ulrich hernach gewendet und zugleich Heinrichs Vorwort (Urkunde LXII.) angeflehet habe.

XXVI.

Rudolphus Cæſar Legatum in Italiam mittit, ut ab Etruriæ Ciuitatibus fidelitatis Juramentum exigat. 1286.

(Ex GERBERTI *Cod. epiſt. Rudolphi* pag. 181.)

RUDOLFUS &c. *ſtrenuis* &c. *egregiis viris*, *Marchionibus Comitibus*, *Nobilibus*, *Capitaneis*, *Poteſtatibus & communibus univerſis* per Romanum Imperium conſtitutis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, gratiam ſuam & benevolam voluntatem.

Tenore præſentium Univerſitatis veſtræ notitiæ declaramus, quod nos de circumſpectione ac fide religioſi & honorabilis . . . . . fiducie plenitudinem obtinentes, eundem ad transalpinas Imperii partes duximus deſtinare, dantes ſibi ſpeciale mandatum & poteſtatem plenariam ſtatuendi, ordinandi & omnia procurandi de veſtro conſilio, quæ honori Cæſareo & utilitati Imperii viderit opportuna. Hinc eſt, quod Univerſitatis prudentiam veſtre votivis affectibus exhortamur, quatenus ſuper his ei pro noſtra & Imperii reverentia favorabiliter aſpirantes, conſiliis & auxiliis gratioſis, de aliis vitæ hujus neceſſariis ſibi & tam libenter quam liberaliter providere curetis, ut

ut propter hoc apud nos veſtra devotio debeat merito commendari. *)

XXVII.

Capitulum cathedrale Baſileenſe Henrico Epiſcopo ſuo dat poteſtatem conſtituendi procuratores in curia Romana. 1286. 7. Febr.

(*Ex autographo.*)

Sanctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino ſacroſancte & Romane ſedis ſummo Pontifici, Prepoſitus, Decanus & Capitulum *Eccleſie Baſilienſis* deuota pedum oſcula beatorum. Noſcat ſanctitas veſtra, quod nos damus preſentibus poteſtatem venerabili Patri ac Domino noſtro *Epiſcopo Baſilienſi* conſtituendi nomine noſtro procuratorem unum vel plures in curia veſtre ſanctitatis

---

*) SIGONIUS *de Regno Italiæ* Tom. II. pag. 1101. glaubt zwar, daß Princivallis de Fliſco *Genuenſis* der Geſandte geweſen ſey, wovon in dieſer Urkunde die Rede iſt. Allein, da die Urkunde kein Datum hat, auch der Name des Geſandten nicht angezeigt iſt, ſo laſſe ich ſie blos wegen des Zuſammenhanges mit den Geſandtſchaften Heinrichs dahier abdrucken.

tatis ad impetrandum literas simplices vel legendas seu graciam continentes contradicendum concordandum, conueniendum in judicem unum vel plures, appellandum & ad omnia alia que circa impetrationis formam fuerint oportuna, ratum habituri sub ypotheca rerum ecclesie nostre quidquid per constitutum vel constitutos fuerit ordinatum in premissis. In cujus rei testimonium sigillum Capituli nostri presentibus duximus appendendum. Datum *Basilee* anno Domini M. CC. LXXXVI. feria V. post Purificationis beate Virginis. *)

XXVIII.

Das Domkapitul zu Basel giebt seinem Bischof Heinrich Vollmacht wider das Kloster Murbach am Römischen Hofe zu handeln. 7. Febr. 1286.

(*Ex autographo.*)

Nouerint uniuersi, quod nos CVNR. Decanus & Capitulum *Basilien. ecclesie*, ven. Patri Domino nostro H. Dei gracia *Basiliensi Episcopo* Consilium & consensum nostrum impendimus, quod suo

*) Das Hochstift Basel hatte damals einen Prozeß mit der Abtei Murbach, der zu Rom sollte betrieben werden, wie die folgende Urkunde deutlicher besaget.

ſuo nomine & noſtro agere poſſit in Curia Romana *contra Monaſterium Morbacen.* ſitum *in Dyoc. Baſilien.* quod iure communi *Eccleſie Baſilien.* debet ſubeſſe, & quod predictus Dominus noſter Epiſcopus nomine ſuo & noſtro per ſe vel per alium debitam ſubiectionem petere valeat, & impugnare priuilegia & inſtrumenta, ſi que producant ex parte Monaſterii Morbacen. ſuper exemptione, & quod poſſit impedire confirmacionem electionis, ſi que petatur in preiudicium Eccleſie Baſilien. Et damus eidem plenariam poteſtatem & ſpeciale mandatum nomine noſtro procuratorem unum vel plures ad predicta & ad ea, ſine quibus predicta nequeunt expediri, conſtituendi, reuocandi, & iterato conſtituendi prout ſibi videbitur expedire, & quod de ſpeciali mandato noſtro pro dicto Domino noſtro & pro nobis impetrari poſſint littere tam ſimplices quam legende, & quod poſſint conuenire & concordare in Judices unum vel plures, agere, excipere, appellare, iurare & preſtare nomine noſtro & Capituli noſtri quodlibet genus ſacramenti in animas noſtras & ponendi, poſitionibus reſpondendi, Inſtrumenta & priuilegia quelibet impugnandi & copiam petendi, excipiendi *contra electionem*, ſi que facta eſt poſt mortem *Berchtoldi* quondam Abbatis dicti Monaſterii, *a)* & tam

E in

a) „Abbas Morbacenſis dictus de Steinebrunne, obiit circa feſtum Lucie anno MCCLXXXV. qui“

in perſonas eligentium quam electi, & exprimendi quoslibet defectus & crimina contra predictos habeant conſtitutus & conſtituti ab eodem Domino Epiſcopo noſtro nomine ſpeciale mandatum & plenariam poteſtatem. Ratum habituri, quicquid in premiſſis & circa premiſſa factum fuerit nomine noſtro, in caſibus in quibus neceſſe fuerit, promittimus ſub ypotheca rerum eccleſie noſtre iudicatum ſolui. Datum *Baſil.* Anno Domini M. CC. LXXX ſexto, fer. quinta poſt Purificat. bte. Marie Virginis.

XXIX.

Bulle des Pabſtes Honorius des IV. über die Ernennung des Biſchofs Heinrichs von Baſel zum Erzbiſchofe von Mainz. 15. May 1286.

(*Ex autographo.*)

HONORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili fratri HENRICO Archiepiſcopo *Maganti-*

---

deſtructor religionis & diſſipator enormis rerum ſui monaſterii dicebatur.“ *Annal. Colmar.* ap. Vrſtis. pag. 21. Nach dem Tode dieſes Abtes wollten die Mönche keine Hoheitsrechte des Hochſtiftes Baſel über das Kloſter anerkennen, weswegen dieſer Prozeß zu Rom entſtanden iſt.

guntino a) salutem & apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, qui disponente illo, cuius prouidentie magnitudo celestia simul & terrena disponit, ecclesiis preesse dinoscitur uniuersis, plena curis & labore non vacua sollicitudo requirit, ut ipse circa cuiuslibet statum ecclesie sic sollerter inuigilet, sic prospiciat diligenter, ut per eius circumspectionem prouidam & prouidentiam circumspectam, nunc per simplicis prouisionis officium, nunc per ministerium translationis accomode, prout locorum & temporum qualitas exigit, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus, Rector prouidus deputetur, ut superni fauoris cooperante suffragio ecclesie ipse uotiue prosperitatis successibus gratulentur. Ecclesia siquidem *Maguntina* per obitum bone memorie WERNERI *Maguntini Archiepiscopi* solatio destituta pastoris, dilecti filii PETRUS *Basilien. Electus* tunc eiusdem *ecclesie Prepositus b*) & Capitulum eiusdem ecclesie certa

 die

a) Heinrich von Isni aus Schwaben, aus dem Minoritenorden, bisher Bischof von Basel, dessen merkwürdige Geschichte ich nächstens herausgeben werde, und wohin ich mehrere Bemerkungen, die ich dieser und den nachfolgenden Urkunden beifügen könnte, verspare.

b) PETRUS Reich de *Reichenstein* successit HEINRICO de Isni in Episcopatu *Basiliensi*. Obiit 1296.

die ad eligendum prefixa, uocatis omnibus qui uoluerunt, debuerunt & potuerunt commode intereffe, pro futuri fubftitutione paftoris, prout eft moris infimul conuenerunt, & tandem poft diuerfos tractatus ab eis habitos, qui non habuerunt effectum, predictorum Prepofiti & Capituli votis in diuerfos diuifis, nonnulli eorum eundem *Prepofitum*, quidam vero dilectum filium GERARDUM de EPPESTEYN Archidiaconum Treueren. Canonicum Magunt. ad ipfius ecclefie regimen elegerunt, ficque duabus electionibus ibidem in difcordia celebratis & huiusmodi negotio ad fedem apoftolicam legitime deuoluto, felicis recordationis MARTINUS PP. IIII. predeceffor nofter Prepofito & Canonico fupradictis pro huiusmodi electionum fuarum profequendo negotio, apud fedem conftitutis eandem, dilectum filium noftrum B. *c*) fancti Nicolai in carcere Tullian. Diaconum Cardinalem conceffit in eodem negotio auditorem. Cumque coram eodem Cardinali fuiffet ad litis conteftationem in negotio ipfo proceffum & aliquamdiu litigatum, Prepofitus & Canonicus memorati volentes potius indempnitati ecclefie precauere

c) BENEDICTUM, ad quem RUDOLFUS *Rex* litteras (fupra N. XXIV.) dedit.

cauere predicte quam commodis propriis prouidere, iuri siquod ipsis ex huiusmodi eorum electionibus competebat, in nostris manibus sponte & libere renuntiare curarunt. Quorum renuntiationem pro bono & tranquillo statu eiusdem ecclesie benigne duximus admittendam. Nos itaque sollicita meditatione pensantes, quam sit grauis quamque dispendiosa ecclesiis earum vacatio diuturna, & propterea nolentes prefatam ecclesiam Maguntinam honorabilem & deuotam, utique *sedis apostolice filiam*, longe vacationis incommoda sustinere. Considerantes quoque benignius tuam conuersationem laudabilem, honestatem morum, donum scientie, aliaque tue multiplicis probitatis merita grandia nobis & nonnullis ex nostris fratribus non ignota, quibus personam tuam bonorum omnium dator omnipotens decorauit, & digne uolentes te tunc Episcopum *Basiliensem* tantis & tam claris meritis circumfultum, per consulte translationis prouidentiam ipsi *Maguntine* ecclesie presidere, quanquam tanti oneris & honoris subire sarcinam formidando, nostro in hac parte proposito *importune* in quantum licuit, *restitisses*, quia demum te nostro super hoc beneplacito in remissionem iniuncto tibi peccaminum, tanquam obedientie filius coaptasti, te a vinculo, quo *Basiliensi* ecclesie tenebaris, absoluimus, & ad pre-

 dictam

dictam *Maguntinam* ecclesiam de fratrum nostrorum consilio transferentes, te ipsi Maguntine ecclesie in Archiepiscopum prefecimus & pastorem, liberam tibi tribuentes licentiam ad eandem Maguntin. ecclesiam transeundi, tibique postmodum *palleum insigne pontificalis officii*, cum ea qua decuit instantia postulatum, per dilectum filium nostrum G. sancti Georgii ad Velum aureum Diaconum Cardinalem fecimus exhiberi. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus in humilitatis spiritu promptaque deuotione suscipiens impositum a Domino tibi onus, & tanquam obedientie filius, reuerenter beneplacitis apostolicis te coaptans, predicte Maguntine ecclesie sollicitam curam geras, gregem dominicum in ea tibi commissum doctrina verbi & operis, iuxta datam tibi ex alto prudentiam informando, ita quod per tue diligentie studium ecclesia ipsa uotiuis proficiat comodis & successibus prosperis augeatur. Datum *Rome* apud sanctam Sabinam, Id. Maij, Pontificatus nostri anno *primo*. *d*)

A tergo. Rudolfus & Angelus.

XXX.

---

*) Dieses *anno primo* ist ein Schreibfehler der römischen Kanzlei, und soll anno *secundo* heissen, wie ich in der Geschichte Heinrichs II. darthun werde.

XXX.

Bulle des Pabstes Honorius IV. an den Kaiser Rudolf I., worin er ihm die Ernennung des Bischofs Heinrichs von Basel zum Erzbisthume Mainz bekannt macht. 15. May 1286.

(*Ex autographo.*)

HONORIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Charissimo in Christo filio RODULPHO *Regi Romanorum Illustri*, salutem & apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, qui disponente illo, cuius prouidentie magnitudo celestia simul & terrena disponit, ecclesiis preesse dinoscitur uniuersis, plena curis & labore non vacua sollicitudo requirit, ut ipse circa cuiuslibet statum ecclesie sic sollerter inuigilet, sic prospiciat diligenter, ut per eius circumspectionem prouidam & prouidentiam circumspectam nunc per simplicis prouisionis officium, nunc per ministerium translationis accomode, prout locorum & temporum qualitas exigit, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus, Rector prouidus deputetur, ut superni fauoris cooperante suffragio ecclesie ipse uotiue prosperitatis successibus gratulentur. Ecclesia siquidem *Maguntina* per obitum bone memorie WERNERI *Maguntini Archiepiscopi* solatio destituta pastoris, dilecti filii PETRUS *Basiliensis* Electus tunc eiusdem ecclesie *Prepositus* &

& *Capitulum* eiusdem ecclefie certa die ad eligendum prefixa, uocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt & potuerunt commode intereffe, pro futuri fubftitutione paftoris, prout eft moris infimul conuenerunt, & tandem poft diuerfos tractatus ab eis habitos, qui non habuerunt effectum, predictorum Prepofiti & Capituli uotis in diuerfos diuifis, nonnulli eorum eundem *Prepofitum*, quidam vero dilectum filium GERARDUM de EPPESTEYN Archidiaconum Treueren. Canonicum Maguntinum ad ipfius ecclefie regimen elegerunt, ficque duabus electioninus ibidem in difcordia celebratis & huiusmodi negotio ad fedem apoftolicam legitime deuoluto, felicis recordationis MARTINUS PP. IIII. predeceffor nofter Prepofito & Canonico fupradictis pro eiusmodi electionum fuarum profequendo negotio, apud fedem conftitutis eandem, dilectum filium noftrum B. fancti Nicolai in carcere Tullian. Diaconum Cardinalem conceffit in eodem negotio auditorem. Cumque coram Cardinali fuiffet ad litis conteftationem in negotio ipfo proceffum & aliquamdiu litigatum, Prepofitus & Canonicus memorati volentes potius indempnitati ecclefie precauere predicte quam commodis propriis prouidere, iuri fiquod ipfis ex huiusmodi eorum electionibus competebat, fponte & libere renuntiare curarunt. Quorum renuntiationem

tionem pro bono & tranquillo ſtatu eiusdem ecclefie benigne duximus admittendam. Nos itaque ſollicita meditatione penſantes, quam ſit grauis quamque dispendioſa eccleſiis earum vacatio diuturna, & propterea nolentes prefatam eccleſiam Maguntinam honorabilem & deuotam, utique ſedis apoſtolice filiam, longe uacationis incommoda ſuſtinere. Conſiderantes quoque benignius venerabilis fratris noſtri HENRICI *Archiepiſcopi Maguntini* conuerſationem laudabilem; honeſtatem morum, donum ſcientie aliaque ipſius multiplicis probitatis merita grandia nobis & nonnullis ex noſtris fratribus non ignota, quibus perſonam ſuam bonorum omnium dator omnipotens decorauit, & digne volentes ipſum tunc *Baſilien. Epiſcopum* tantis & tam claris meritis circumfultum per conſulte translationis prouidentiam ipſi *Maguntine eccleſie* preſidere, quamquam tanti oneris & honoris ſubire ſarcinam formidando noſtro in hac parte propoſito *importune in quantum licuit*, *reſtitiſſet*, quia demum ſe idem H. noſtro ſuper hoc beneplacito in remiſſionem iniuncto ſibi peccaminum tanquam obedientie filius coaptauit, ipſum a vinculo, quo *Baſilienſium eccleſie* tenebatur, abſoluimus & predictam *Maguntinam eccleſiam* de fratrum noſtrorum conſilio transferentes eum ipſi Maguntine eccleſie in Archiepiſcopum pre-

fecimus & paſtorem, liberam ſibi tribuentes licentiam ad eandem Maguntinam eccleſiam transeundi, ſibique poſtmodum *Palleum inſigne pontificalis officii* cum ea qua decuit inſtantia poſtulatum, per dilectum filium noſtrum G. ſancti Georgii ad Velum aureum Diaconum Cardinalem fecimus exhiberi. Quocirca ſerenitatem Regiam paterno rogamus & hortamur affectu, quatenus eundem Archiepiſcopum, quem ob ſuorum exigentiam meritorum beniuolentia proſequimur ſpeciali, & commiſſam ſibi eccleſiam habeas pro noſtra & apoſtolice ſedis reuerentia propenſius commendatos, ſic te illi & ſpecialiter in recuperandis & manutenendis bonis & iuribus ipſius *eccleſie Maguntine* benignum exhibeas, ſic fauorabilem largiaris, ipſum & eandem eccleſiam *Regalis beniuolentie gratia* proſequendo, quod idem Archiepiſcopus tuis preſidiis circumfultus commiſſum ſibi Regimen facilius & efficacius cooperante Domino proſequatur. Nosque proinde magnificentiam Regiam dignis in Domino laudibus attollamus. Datum *Rome* apud ſanctam Sabinam, Id. Maij, Pontificatus noſtri anno Primo.

A tergo. Rudolfus & Angelus.

XXXI.

XXXI.

Bulla HONORII PP. IV. ad Capitulum ecclesiæ Moguntinæ, qua HENRICUM Episcopum Basiliensem in Archiepiscopum Moguntinum a se designatum esse declarat. 15. Maij 1286.

(*Ex autographo.*)

HONORIUS episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiiis CAPITULO ecclesie *Maguntin.* salutem & apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, qui disponente illo, cujus prouidentie magnitudo celestia simul & terrena dispo-nit, ecclesiis preesse dinoscitur uniuersis, plena curis & labore non vacua sollicitudo requirit, ut ipse circa cujuslibet statum ecclesie sic sollerter invigilet, sic prospiciat diligenter, ut per eius circumspectionem prouidam & providentiam circumspectam nunc per simplicis provisionis officium, nunc per ministerium translationis accomode, prout locorum & temporum qualitas exigit, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus, rector providus deputetur, ut superni favoris cooperante suffragio ecclesie ipse votiue prosperitatis successibus gratulentur. Ecclesia siquidem *Magunt.* per obitum bone memorie WERNERI *Maguntin. Archiepiscopi* solatio destituta pastoris dilectus filius P. *Basilien.* Electus tunc eius-dem

dem ecclesie Prepositus & vos certa die ad eligendum prefixa vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt & potuerunt commode interesse, pro futuri substitutione pastoris, prout est moris, insimul convenistis, & tandem post diversos tractatus a vobis habitos, qui non habuerunt effectum, predicti Prepositi & vestris votis in diversos divisis nonnulli vestrum eundem *Prepositum*, quidam vero dilectum filium GERARDUM de Eppesteyn Archidiaconum Treveren. Canonicum Maguntin. ad ipsius ecclesie regimen elegistis, sicque duabus electionibus ibidem in discordia celebratis & hujusmodi negotio ad sedem apostolicam legitime devoluto, felicis recordationis MARTINUS PP. IIII. Predecessor noster Preposito & Canonico supradictis pro hujusmodi electionum suarum prosequendo negotio, apud sedem constitutis eandem, dilectum filium nostrum B. sancti Nicolai in Carcere Tullian. Diaconum Cardinalem concessit in eodem negotio auditorem Cumque coram eodem Cardinali fuisset ad litis contestationem in negotio ipso processum & aliquamdiu litigatum, Prepositus & Canonicus memorati volentes potius indempnitati ecclesie precauere predicte quam commodis propriis providere juri siquod ipsis ex hujusmodi eorum electionibus competebat, in nostris manibus sponte & libere renuntiare curarunt. Quorum

rum renuntiationem pro bono & tranquillo ſtatu ejusdem ecclesie benigne duximus admittendam. Nos itaque ſollicita meditatione penſantes, quam ſit gravis quamque dispendioſa eccleſiis earum vacatio diuturna, & propterea nolentes prefatam eccleſiam *Maguntin.* honorabilem & devotam, utique ſedis apoſtolice filiam, longe vacationis incommoda ſuſtinere. Conſiderantes quoque benignius venerabilis fratris noſtri H. *Archiepiſcopi Maguntin.* converſationem laudabilem, honeſtatem morum, donum ſcientie, aliaque ipſius multiplicis probitatis merita grandia nobis & nonnullis ex noſtris fratribus non ignota, quibus perſonam ſuam bonorum omnium dator omnipotens decoravit, & digne volentes ipſum tunc *Baſilien.* Epiſcopum tantis & tam claris meritis circumfultum per conſulte translationis prouidentiam ipſi *Maguntin.* ecclesie preſidere, quamquam tanti oneris & honoris ſubire ſarcinam formidando, noſtro in hac parte propoſito importune, in quantum licuit, reſtitiſſet, quia demum ſe idem H. noſtro ſuper hoc beneplacito in remiſſionem iniuncto ſibi peccaminum, tanquam obedientie filius coaptavit, ipſum a vinculo, quo *Baſilien.* ecclesie tenebatur, abſolvimus, & ad predictam *Maguntin.* eccleſiam de fratrum noſtrorum conſilio transferentes, eum ipſi Maguntin. eccleſie in Archiepiſcopum prefeci-

fecimus & paſtorem, liberam ſibi tribuentes licentiam ad eandem Magunt. eccleſiam transeundi, ſibique poſtmodum palleum inſigne Pontificalis officii cum ea, qua decuit, inſtantia poſtulatum, per dilectum filium noſtrum G. ſancti Georgij ad Velum aureum diaconum *Cardinalem* fecimus exhiberi. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Archiepiſcopo tanquam patri & paſtori animarum veſtrarum plene ac humiliter intendentes, obedientiam & reverentiam debitam ſibi exhibere curetis. Alioquin ſententiam, quam ipſe propter hoc rite tulerit in rebelles, ratam habebimus & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum *Rome* apud ſanctam Sabinam Id. Maji, Pontificatus noſtri anno primo.

A tergo. Rudolfus & Angelus.

XXXII.

HONORIUS PP. IV. EBERHARDO de *Isny* HEINRICI II. A. Mog. Nepoti Præbendam in Eccleſia Mogunt. confert. 25. Maij. 1286.

(*Ex autographo.*)

HONORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio EBERHARDO de *Yſeni* Canonico *eccleſie*

ecclesie Maguntine salutem & apostolicam benedictionem. Adiutos morum & scientie meritis digne prosequimur fauore gratie congruentis, vt dum votiua perceptione bonorum perspexerunt se fecundos, virtutum adiectione continua se reddere studeant insignitos. Cum itaque dilectus filius ARNOLDUS *Electus Bambergensis* Canonicatum & prebendam, quos in *ecclesia Maguntina* promotionis sue tempore ad episcopatum Bambergensem *) obtinebat, libere in nostris manibus resignarit, ac per resignationem huiusmodi, quam duximus admittendam, Canonicatus & prebenda predicti vacare noscantur, Nos volentes tuorum meritorum obtentu, super quibus tibi laudabile testimonium perhibetur ac consideratione venerabilis fratris nostri .... Archiepiscopi Maguntini, cuius nepos existis, te speciali prosequi gratia & fauore, Canonicatum & prebendam predictos cum nullus preter nos conferre possit eosdem constitutione felicis recor-

---

*) Der Vorfahrer Arnolds im Bisthume Bamberg, Leopold Graf von Leiningen, ist gestorben im J. 1285. Arnold war ein Graf von Solms. Von demselben sowohl als von dem Eberhard von Jani findet man nichts weder bei HELLWIG noch bei JOANNIS, und sie können aus dieser Urkunde ergänzt werden.

recordationis CLEMENTIS PP. predeceſſoris noſtri ſuper prebendis & aliis beneficiis apud ſedem apoſtolicam vacantibus edita obſiſtente ac nondum effluxerit tempus ſtatutum per moderationem pie memorie GREGORII PP. X predeceſſoris noſtri ſuper hoc adhibitam *in generali concilio Lugdunenſi*, cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis apoſtolica tibi auctoritate contulimus ac prouidemus de illis, teque de ipſis *per noſtrum annulum preſentialiter a*) inueſtimus, decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hijs a quoquam contigerit attemptari. Non obſtantibus de certo canonicorum numero ſeu quibuslibet aliis eiusdem ecclesie ſtatutis vel conſuetudinibus contrariis iuramento confirmatione ſedis apoſtolice ſiue quacunque firmitate alia roboratis, aut ſi direxerimus in eadem *ecclesia Maguntina* pro aliis ſcripta iura ſeu ſi dicte ſedis vel Legatorum eius aut alia quamuis aucto-

---

a) Ohnezweifel hat Heinrich ſeinen Neffen mit ſich nach Rom genommen, weil ihn der Pabſt ſelbſt mit der Dompräbende zu Mainz inveſtirt hat. Denſelben Eberhard ſeinen Neffen hatte Heinrich zuvor ſchon zur Pfarrei Kilhofen und hernach zum Kanonikate und zur Scholaſterie im Domſtifte zu Baſel befördert, und ohngeachtet ſeiner unadelichen Herkunft aus Jsni in Schwaben in ruhigen Beſitz geſetzet.

auctoritate in ea in Canonicos aliqui ſunt recepti vel vt recipiantur inſiſtant, quibus te in ipſorum Canonicatus & prebende aſſecutione volumus anteferri, ſed quoad alios Canonicatus & prebendas nullum per hoc eis preiudicium generari, aut ſi venerabili fratri noſtro . . . . Archiepiſcopo & dilectis filiis capitulo *Maguntino* communiter vel diuiſim a dicta ſede indultum exiſtat, quod ad receptionem alicuius minime teneantur & ad id compelli non poſſint, aut quod de beneficiis vel prebendis ad collationem eorum ſpectantibus nulli valeat prouideri per litteras apoſtolicas, que de indulto huiusmodi plenam & expreſſam non fecerint mentionem ſiue qualibet alia indulgentia dicte ſedis generali vel ſpeciali cuiuscunque tenoris exiſtat, de qua oporteat in noſtris litteris plenam & expreſſam mentionem fieri, & per quam effectus huiusmodi noſtre gratie impediri valeat vel differri. Seu quod *Scolaſtriam* Canonicatum & prebendam in eccleſia *Baſilienſi* & parochialem eccleſiam in *Kilhouen* Conſtantienſis dioc. dinoſceris obtinere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtre collationis prouiſionis inueſtiture & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

F Datum

Datum *Rome* apud ſanctam Sabinam VIII. Kal. Junij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

XXXIII.

Pabſt Honorius IV. befielt den Neffen des Erzbiſchofs von Mainz, Eberhard von Yſeni, in den Beſitz der ihm verliehenen Domprebende zu Mainz zu ſetzen. 25. May 1286.

(*Ex autographo.*)

HONORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis . . . . Electo *Baſilien.* & . . . . Prepoſito ſancti Andree *Wormacien.* ac Magiſtro JOHANNI de *Sirkis* Canonico *Treueren.* eccleſiarum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Adiutos morum & ſcientie meritis digne proſequimur fauore gratie congruentis, vt dum votiua perceptione bonorum perſpexerunt ſe fecundos, virtutum adiectione continua ſe reddere ſtudeant inſignitos. Cum itaque dilectus filius ARNOLDUS *Electus Bambergen.* Canonicatum & Prebendam, quas in eccleſia *Maguntina* promotionis ſue tempore ad Epiſcopatum *Bambergen.* obtinebat, libere in noſtris manibus reſignarit, ac per reſignationem huiusmodi, quam duximus admittendam, Canonicatus & pre-

prebenda predicti vacare noscantur, Nos volentes meritorum obtentu dilecti filii EBERHARDI de *Yseni* Canonici ecclesie *Maguntin.* super quibus sibi laudabile testimonium perhibetur, ac consideratione venerabilis fratris nostri . . . . Archiepiscopi *Maguntini*, cuius *nepos* existit, ipsum speciali prosequi gratia & fauore, Canonicatum & prebendam predictos, cum nullus preter nos conferre possit eosdem, constitutione felicis recordationis CLEMENTIS PP. predecessoris nostri super prebendis & aliis beneficiis apud sedem apostolicam vacantibus edita obsistente ac nondum effluxerit tempus statutum per moderationem pie memorie GREGORII PP. X. predecessoris nostri super hoc adhibitam in *generali Concilio Lugdun.* cum omnibus iuribus & pertinentiis suis dicto EBERHARDO apostolica auctoritate contulimus & prouidimus de illis, ipsumque *per nostrum annulum inuestiuimus presentialiter de eisdem*, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super hijs a quoquam contingeret attemptari. Non obstantibus de certo canonicorum numero seu quibuslibet aliis eiusdem ecclesie statutis vel consuetudinibus contrariis, iuramento, confirmatione sedis apostolice siue firmitate quacunque alia roboratis, aut si direxerimus in eadem ecclesia Maguntin. pro aliis scripta iura seu si dicte sedis vel Legatorum

eius aut alia quauis auctoritate in ea in Canonicos aliqui essent recepti vel vt reciperentur insisterent, quibus prefatum EBERHARDUM in ipsorum Canonicatus & prebende assecutione volumus anteferri, sed quoad alios Canonicatus & prebendas nullum per hoc eis preiudicium generari, aut si venerabili fratri nostro . . . . Archiepiscopo & dilectis filiis Capitulo Maguntin. communiter vel diuisim a dicta sede indultum existeret, quod ad receptionem vel prouisionem alicuius minime tenerentur, & ad id compelli non possent, aut quod de beneficiis vel prebendis ad collationem eorum spectantibus nulli prouideri valeret per litteras apostolicas, que de indulto huiusmodi plenam & expressam non facerent mentionem, siue qualibét alia indulgentia dicte sedis generali vel speciali cuiuscunque tenoris existeret, de qua oportet in nostris litteris plenam & expressam mentionem fieri, & per quam effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeret qumodolibet vel differri. Seu quod prefatus EBERHARDUS *Scolasteriam*, Canonicatum & prebendam in ecclesia *Basiliensi* & parochialem ecclesiam in *Kilhouen* Constantiensis dioc. dinoscitur obtinere. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios eundem EBERHARDUM vel

pro-

procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem Canonicatus & prebende predictorum auctoritate noſtra inducatis & defendatis, inductum amoto ab eis quolibet detentore facientes ipſum vel dictum procuratorem pro eo ad dictam prebendam in prefata eccleſia Maguntina in Canonicum recipi & in fratrem, eique de ipſius fructibus & prouentibus ac obuentionibus uniuerſis integre ac plenarie reſponderi. Non obſtantibus ſupradictis, aut ſi eſt aliquibus a prefata ſede indultum, quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, per litteras dicte ſedis, niſi in eis de indulto huiusmodi plena & expreſſa mentio habeatur. Contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum *Rome* apud ſanctam Sabinam VIII. Kal. Junij, Pontificatus noſtri anno Secundo. *a*)

---

a) Gegenwärtige Bulle iſt von der vorhergehenden in Betreff des daran hangenden bleiernen Sigels darin unterſchieden, daſs es bei dieſer an einer hänfenen Kordel, bei jener aber an gelben und rothen ſeidenen Fäden hanget.

XXXIV.

Bulla HONORII PP IV. qua RUDOLFO *Rom. Regi* terminum coronationis imperialis ad feſtum purificationis B. M. V. proxime venturum præfigit. Die 31. Maji. 1286.

(*Ex autographo.*)

HONORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Cariſſimo in Chriſto filio R. Regi Romanorum Illuſtri. Salutem & apoſtolicam benedictionem.

Sacerdocium & Imperium mutuis auxiliis indigere alterutrius conſiderata carentia euidenter inſinuat, & emergentia exinde diſcrimina manifeſtant. Imperium namque in apoſtolice ſedis vacatione ſuo deſtituitur directore ſalutis Eccleſia vero in throni ceſſatione ceſarei proprio defenſore priuatur. Curare itaque debent, curare ſummopere gubernantes Imperia & Regna regentes, vt eccleſias & perſonas eccleſiaſticas foueant, libertates & iura tueantur ipſarum, & temporalia hijs fulcimenta non ſubtrahant, a quibus ſpiritualiter fulciuntur, immo in omni promptitudine temporaliter eos communiant, quorum preſidio ſpirituali recipiunt munimenta. Sed nec minus qui Eccleſiarum gubernacula gerun, ſumma eſſe cura ſolliciti omni debent ope ſatagere, vt Reges ceterique Catholici Principes debite

pol-

polleant integritate potentie ſtatus ſui plenitudine integrentur. Conſulte namque illis aſſiſtitur, quorum cedit proſperitas in auxilium aſſiſtentis. Debent quippe toto niti conamine, vt regna pace refloreant, ſtatu pacifico vigeant, & tranquillitate fruantur optata. In hoc enim eccleſiis ipſis quietis & pacis comoda procurantur. Horum ſane conſideratione deducimur, vt ad conſumationem Imperialis *in tua perſona* faſtigii, quam ad id acceptata iam per Romanam eccleſiam vocauit electio ſollicite intendamus, in illo ſperantes, in cuius manu principum corda conſiſtunt, quod ipſius Imperii regimen ex hoc ſalubrius dirigetur, eiusque directio pacem producet in populis & Dei ſeruitia executionis exinde promptioris ſortietur effectum.

Nuper itaque venerabili fratri noſtro H. *Maguntin.* Archiepiſcopo *tunc Epiſcopo Baſilienſi* propter hoc a tua magnificentia deſtinato in noſtra & fratrum noſtrorum preſentia *a*) tuo nomine

a) Ex hoc textu evidenter patet, quod HEINRICUS ante legationem ſuam Romanam juſſu RUDOLFI inſtitutam nondum nominatus fuerit in Archiepiſcopum Moguntinum. Credentiales autem aliaque à Rudolfo exaratæ litteræ, quas Heinricus ſecum appor-

mine cum inſtantia poſtulante ad unctionem, conſecrationem & *Imperialis diademadis coronationem* de noſtris recipiendas manibus tibi terminum aſſignari.

Nos cum eisdem fratribus diligenti collatione prehabita & hijs que circa hec attendenda putauimus, perpenſa deliberatione discuſſis, excellentie Regie ad petitas unctionem, conſecrationem & coronationem Imperialis diadematis in Baſilica Principis Apoſtolorum in Vrbe recipiendas a nobis, Domino fauente ſermoni, *feſtum purificationis beate Virginis* primo venturum de ipſorum fratrum conſilio aſſignamus.

Quodſi forſan quod abſit, aliqua difficultas emergeret, que tuum ad premiſſa in dicto termino impediret aduentum, quodcunque aliud ad hoc tempus duxeris eligendum, de conſilio venerabilis frrtris noſtri J *Epiſcopi Tuſculan. b*) qnem probate utique diſcretionis virum ſcientia preditum &

---

apportavit Romam, datæ ſunt primis Februarii diebus anno 1286. Heinricus igitur anno 1285 nondum erat nominatus Archiepiſcopus.

b) De hoc JOHANNE Epiſcopo Tuſcul. plura infra Nro. LX. & LXII. & in hiſt. Heinrici II. A. Mog.

virtute, vt tibi ab inuio precaueat, tuos ponat greſſus in via, teque in tuis oportunitatibus conſilio dirigat & auxilio fulciat efficaci, *ad tue petitionis inſtantiam* legatum in *Alamanie* ac quibusdam aliis partibus duximus deputandum, id nobis adeo mature prenuntiare procures, quod nos & fratres eosdem Deo auctore inuenire valeas prout exigit negotii tanti ſollempnitas, ad predicta proſequenda paratos.

Eya ergo princeps inclite, age ſollicite, ad honoris tui conſumandi ſollempnia ſic te prepara ſic diſpone, vt nequaquam tranſeat tam prompta exhibitio noſtri paterni fauoris inefficax, ſed in eodem termino vel ſaltem alio, quem tibi vt premittitur videris oportunum, iuxta magnificentie decentiam ſic diſpoſitus ſic paratus occurras, quod tuo voto in premiſſis impleto, votiua in eodem fauore noſtro comoda efficaciter Deo auſpice conſequaris. Datum *Rome* apud Scam Sabinam II. Kal. Junii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

XXXV.

Bulla HONORII PP. IV. qua HENRICO AEpo Moguntino nuntiat, quod RUDOLFO *Rom. Regi* terminum pro imperiali coronatione ad festum purificationis B M. V. assignaverit. 31. Maji 1286.

(*Ex autographo.*)

HONORIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili Fratri . . . . Archiepiscopo *Maguntinensi* salutem & apostolicam benedictionem.

Sacerdotium & Imperium mutuis auxiliis indigere . . . . *Reliqua uti in priori bulla, exceptis quod loco* in tua persona *legatur* in carissimi in Christo filii nostri RUDOLPHI Regis Romanorum illustris persona. *Deinde loco* Nuper itaque venerabili Fratri nostro H. Magunt. Archiepiscopo &c. *legitur:*

Nuper itaque te tunc *Episcopo Basiliensi* propter hoc ab ipsius Regis magnificentia destinato in nostra & fratrum nostrorum presentia eius nomine cum instantia postulante, ipsi Regi ad unctionem, consecrationem & coronationem de nostris recipiendas manibus terminum assignari.

Nos cum eisdem fratribus diligenti collatione prehabita dicto Regi ad petitas unctionem,

conse-

confecrationem & coronationem in Bafilica Principis apoftolorum in Vrbe recipiendas a nobis Domino fauente fermoni, feftum *purificationis beate Virginis* primo venturum, feu aliud deinde tempus, quod elegerit fibi magis accommodum duximus affignandum, venerabilem fratrem noftrum J. *Epifcopum Tufculanum* probate utique difcretionis virum fcientia predtium & virtute quem inter alios fratres noftros fpeciaTis affectionis brachiis amplexamur, ut dicto Regi ab inuio precauens eius ponat greffus in via, ipfumque in fuis oportunitatibus confilio dirigat & auxilio fulciat efficaci, ad fue petitionis inftantiam Legatum in *Alamanie* ac aliis quibusdam partibus deputantes.

Ideoque fraternitatem tuam rogamus & hortamur attente, quatinus prudénter attendens, quod huiusmodi coronatio & plenam opitulante Domino refornationem Imperii & negotiorum altiffimi efficaciorem promotionem aliaque innumera & immenfa comoda verifimiliter pollicetur, cum poft ipfam poffit idem Rex tanto illis vacare comodius, quanto erit folidior ftatus eius & integrior pleniorque poteftas, eidem Regi ad decus tanti culminis obtinendum, fic *confiliis & auxiliis oportunis* affiftas, quod cefarei regiminis Deo aufpice feliciter adeptus aufpicia, illud ipfo fauente

fauente qui poteſt felicius proſequatur. Ad hec ergo tua fraternitas ſic voluntaria ſic prompta conſurgat in ipſis memorati Legati monitis & mandatis humiliter paritura, quod meritum ſibi apud retributorem bonorum omnium & nos ac Romanam eccleſiam comparet, & eiusdem Regis gratiam in ſuis oportunitatibus magis habere propitiam mereatur. Datum *Rome* apud ſcam Sabinam II. Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

XXXVI.

Bulla HONORII PP. IV. qua Regi Bohemiæ terminum pro coronatione imperatoria RUDOLFO Rom. Regi præfixum nuntiat. Die 31. Maji 1286.

(*Ex autographo.*)

HONORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Cariſſimo in Chriſto filio . . . . *Regi Boemie* Illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sacerdotium & Imperium . . .

Et reliqua uti in prioribus. Deinde:

Ideo Serenitatem tuam rogamus & hortamur attente, quatinus prudenter attendens, quod huius-

iusmodi coronatio & plenam opitulante Domino reformationem Imperii & negotiorum altiſſimi efficaciorem promotionem aliaque innumera & immenſa comoda veriſimiliter pollicetur, cum poſt ipſam poſſit idem Rex tanto illis vacare commodius, quanto erit ſolidior ſtatus eius, & integrior pleniorque poteſtas, eidem Regi ad tanti culminis obtinendum, ſic *conſiliis & auxiliis oportunis* aſſiſtas, quod ceſarei regiminis Deo auſpice feliciter adepturus auſpicia, illud ipſo fauente qui poteſt felicius proſequatur. Ad hec ergo tua excellentia ſic voluntaria ſic prompta conſurgat in ipſis memorati Legati monitis & mandatis humiliter paritura, quod meritum ſibi apud retributorem bonorum omnium & nos ac Romanam eccleſiam comparet & eiusdem Regis gratiam in ſuis oportunitatibus magis habere propitiam mereatur. Datum *Rome* apud ſanctam Sabinam II. Kal. Junii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Similes litteræ, mutatis mutandis, eodem die date ſunt:

1) Archiepiſcopo Salçeburgenſi.
2) Univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis Imperii per Alamaniam & Slauiam conſtitutis.

3)

3) Lodouico Duci Bawarie Comiti Palatino Reni.

4) Henrico Duci Bawarie ac Comiti Palatino Reni.

5) Menhardo Duci Charinthie.

6) Uniuersis Ducibus, Marhionibus, Lan-grauiis, Palatinis Comitibus & aliis Nobilibus in Imperio per Alemaniam & Slauiam constitutis.

quas litteras, cum ejusdem sint tenoris & eorundem pene quoad omnia verborum, in extenso dare supervacaneum duxi.

XXXVII.

Bulle des Pabstes Honorius IV., worin er dem Bischofe von Basel befielt, die von den vorigen Erzbischöfen von Mainz veräusserten Tafelgüter von den Besitzern zurückzufodern und dem Erzbischofe einzuhändigen. 5. Jun. 1286.

(*Ex autographo.*)

HONORIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio . . . . *Electo Basilien.* salutem & apostolicam benedictionem. Significauit nobis venerabilis frater noster . . . . Archiepiscopus *Magun-*

Maguntinus, quod nonnulli Archiepiſcopi Maguntini predeceſſores ſui, qui fuerunt pro tempore, decimas, terras, domos, Caſtra, villas, vineas, poſſeſſiones, prata, paſcua, nemora, molendina, iura, iurisdictiones, & quedam alia bona *ad menſam ſuam Archiepiſcopalem* ſpectantia, datis ſuper hoc litteris, interpoſitis iuramentis, factis renuntiationibus & penis adiectis in grauem ipſius menſe leſionem, nonnullis clericis & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus & aliis perpetuo ad firmam vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui dicuntur ſuper hiis confirmationis litteras in forma communi a ſede apoſtolica impetraſſe. Quia vero noſtra intereſt, ſuper hoc de oportuno remedio prouidere, discretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ad menſam ipſam ſpectantibus per conceſſiones huiusmodi alienata inueneris illicite vel diſtracta, non obſtantibus litteris, penis, iuramentis, renuntiationibus & confirmationibus ſupradictis ad ius & proprietatem eiusdem Menſe ſtudeas legitime reuocare. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas, veritati teſtimonium

per-

perhibere. Datum *Rome* apud ſanctam Sabinam, Non. Junii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Infra: Cosmas.

A tergo. Epternacum.

XXXVIII.

Pabſt Honor IV. befielt dem Biſchofe Peter von Baſel, den Erzbiſchof Heinrich von Mainz wider alle Anfälle zu ſchützen. 5. Junii 1286.

(*Ex autographo.*)

HONORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio PETRO *Electo Baſilien.* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Etſi quibuslibet Eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis ex iniuncto nobis apoſtolatus officio defenſionis preſidio aſſiſtere teneamur, Fratribus tamen & Coëpiſcopis noſtris qui in partem ſollicitudinis euocati, nobiscum officii noſtri onera ſorciuntur, eo ſpecialius adeſſe nos conuenit, quo facilius odia multorum incurrunt & grauiores inſidias patiuntur, dum paſtorale officium exequendo nequeuntes omnibus complacere, quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam. Volentes igitur venerabilem fratrem

ſtrem noſtrum HENRICUM Archiepiſcopum *Maguntinum*, quem nuper de *Baſilienſi* Eccleſia cui preerat, de fratrum noſtrorum conſilio transtulimus ad eccleſiam *Maguntinam* in Priuilegiis apoſtolicis ſibi & eidem Eccleſie *Maguntine* conceſſis contra peruerſorum inſolencias conſeruari, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus eidem Archiepiſcopo preſidio apoſtolice defenſionis aſſiſtens, non permittas ipſum contra Indulta dictorum priuilegiorum ab aliquibus indebite moleſtari. Moleſtatores huiusmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellacione poſtpoſita compeſcendo. Attencius prouiſimus, ne de hiis, que *cauſe cognicionem exigunt*, vel que perſonas & bona non contingunt ipſius, te aliquatenus intromittas. Nos enim ſi ſecus preſumſeris, tam preſentes litteras, quam eciam proceſſum, quem per te ipſarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus & nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum noſtrum ſic ſapienter & fideliter exequaris, quod eius fines quomodolibet non excedas. Preſentibus *poſt triennium* minime valituris. Datum *Rome* apud ſanctam Sabinam, Non. Junii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

XXXIX.

Der Kardinal Matheus giebt dem Erzbischofe Heinrich II. von Mainz Erlaubnis, in die Frauenklöster des St. Klarenordens zu gehen, um allda zu predigen oder den Gottesdienst zu halten. 22. Jun. 1286.

(*Ex autographo.*)

MATHEUS miseratione diuina sancte Marie in porticu *Diaconus Cardinalis*, Dilectis in Christo filiabus Abbatissis & sororibus Monasteriorum ordinis sancte Clare *Maguntin. Basilien.* & *Constanciensis* Ciuitatum & dioceśium salutem in Domino. Tenore presentium duximus concedendum, vt venerabilem Patrem Dominum H. Dei gracia *Archiepiscopum Maguntinum* admittere valeatis, & sibi quod possit intrare intra clausuras intrinsecas Monasteriorum vestrorum *bis in anno* ad proponendum vobis verbum Dei vel celebrandum diuina, associatum tribus honestis personis ecclesiasticis & tribus fratribus *ordinis Minorum*, dum tamen ad id vester communiter vel maioris partis nec non & Visitatoris vestri consensus accedat. Non obstantibus capitulis regularum tam ordinis dictorum fratrum quam *ordinis sancte Clare.* Prouiso quod alias plene seruentur ea que in vestra regula circa ingredientes huiusmodi clausuras sunt salubriter instituta.

Pre-

Presentibus *post biennium* minime nalituris. Datum *Rome* X. Kal. Julii., anno Domini Mill. CC. Octuagesimo sexto.

XL.

Pfalzgraf Ludwig Herzog in Baiern gratulirt dem neuen Erzbischofe Heinrich von Mainz. Vom 24. Jun. 1286. *a)*

(*Ex autographo.*)

Reuerendo in Christo Patri Domino suo & Compatri *b)* predilecto H. *c)* vener. sancte *Maganti-*

G 2

a) Herr Weihbischof Würdtwein hat diese Urkunde auch T. V. *subsid. dipl.* p. 199. abdrucken lassen. Dieselbe gehört aber nicht ins J. 1339. wie im Register T. XIII. p. 251. angegeben wird, und betrift auch nicht den Erzb. Heinrich III., der nicht von Basel nach Mainz befördert worden ist, sondern Heinrich II. zu dessen Zeiten auch der im Schreiben vorkommende Pabst Honorius gelebt hat.

b) Heinrich war Ludwigs Gevattermann, wie aus dem unten (Urkunde XLV.) vorkommenden Schreiben der Herzogin Miechtilde, Ludwigs Gemahlin und Rudolfs Tochter, erhellet. Das abgekürzte Wort Compri, welches auch Comprincipi heissen könnte, muß also dahier durch Compatri gegeben werden.

c) Heinrich II. wie aus dem Zusammenhange des Schreibens deutlich zu schliessen ist.

guntine sedis Archiepiscopo sacri Imperii per Germaniam Archicancellario, L. *d*) Dei gracia Comes Palat. Reni Dux *Bawarie*, promptam & paratam ad queuis beneplacita voluntatem.

Super eo, quod Deus ab alto prospiciens, cuius prouidencia in nulla sui disposicione nos fallit, nec fallitur, inspectis vestre honestatis meritis, in quo magis ecclesie quam vobis prouisum procul dubio iudicamus, personam vestram sancte prefecit *Ecclesie Moguntine*, & super hoc, quod Sanctissimus in Christo Pater & Dominus HONORIUS summus Pontifex nos tanto fauore prosequitur & prosecutus est in *prouisione* huiusmodi, *contra inconsuetum*, sicut nobis scripsit vestra paternitas, & *insolitum cursum Curie*, gracia speciali, ipsi Deo in laudes & graciarum actiones insurgimus, & pro eo, quod in hoc *nostris satisfecit desideriis* siue *votis*, sperantes, quod illud indissolubile amicicie & amoris vinculum, quod ad hec usque tempora inter nos utrumque semper viguit, inposterum magis vigere debeat & in amplius succrescere & proficere incrementum, quod vobis melius in hac *Maguntina* quam *Basiliensi* Ecclesia ostendemus

d) Ludwig der Strenge, Vater des Kurfürsten Rudolfs von Pfalz und des Kaisers Ludwigs von Baiern.

demus, vestrisque facilius quam felicis recordacionis predecessoris vestri beneplacitis possimus coaptari, cuius licet beneplacitis semper conformari quesiuerimus, nunquam tamen in eadem amicicia & fauore, nescimus quibus suggerentibus, cum ex seipso processisse non credimus nec credamus, potuimus pro aliquo tempore remanere. *e*)

Negocia vero vestra, sicut vestra petiuit beneuolencia in partibus inferioribus nobis libenter habebimus recommissa, & id ipsum nostris stricto strictius officialibus iniungemus. Dat. in *Aichach* *f*) XIII. Kal. Julii. g)

e) Man findet in dem Leben Wernhers keine Mißhelligkeiten, die er mit Ludwig gehabt hätte. Die Spannungen zwischen beiden, wovon hier die Rede ist, mögten aber wohl durch die von Wernher vorgenommene Zerstörung des Raubschlosses Reinberg entstanden seyn; denn über eben dieses Schloß ward noch mehr als zweihundert Jahre darnach zwischen Mainz und Pfalz Krieg geführt. Conf. Kremer Gesch. Friderichs von Pfalz.

f) Aichach eine Stadt und Schloß in Oberbaiern, acht Meilen von München gelegen.

g) Das Jahr 1286 ergiebt sich daraus, weil das Schreiben bald nach Heinrichs Erhebung zum Erzbisthume Mainz erlassen worden ist.

A tergo. Reuerendo in Christo Patri Domino suo & compri predilecto H. ven. sancte Magunt. sedis Archiepiscopo, sacri Imperii per Germaniam Archicancellario.

XLI.

Glückwünschungsschreiben des Landgrafen Albrechts von Thüringen, an Heinrich II., wegen dessen Erhebung zum Erzbischofe von Mainz. 1286.

(*Ex autographo.*)

Venerabili Domino suo H. *) sancte *Magunt.* sedis Archiepiscopo sacrique Imperii per Germaniam Archicancellario, Al. **) Dei gracia *Thuringorum* Lantgrauius & *Saxonie* Comes Palatinus, cum reuerencia debita, seruicii quidquid poterit & honoris.

Cum ad nostram audienciam perueniret, quod diuina ordinacione Dominus ac Pater noster, Romane

---

*) HENRICO II.

**) ALBERTUS, ex Marchionibus Misniæ.

Romane Ecclesie summus Pontifex, vos *Magunt. Ecclesie Archiepiscopum* prefecisset, gauisi sumus non modicum Deo teste de exaltatione vestri nominis & honoris, quia parati sumus & esse volumus tam pro vobis quam pro Ecclesia Maguntina, vt tenemur, exponere res & personam, si necesse fuerit, quandocunque & quotiescunque illud a nobis duxeritis requirendum, sperantes, quod a vestra gracia viceuersa, nos & filii nostri, si Dominus vos *ad partes Thuringie* transmiserit, debeamus nostris seruiciis obtinere, rogantes omni precum studio, & affectu, quatenus apud Serenissimum Dominum nostrum R. *a*) *Romanorum Regem* nos recommendatos nostri amoris intuitu habeatis, quia nunquam a suo seruicio propter aliquem de mundo volumus separari. *b*)

a) RUDOLPHUM I.

b) Kein Jahr und Tag ist diesem Schreiben beigefügt. Es ist auf Pergament geschrieben, und die Zeichen des Siegels und der Durchstechung, wie damals bei Briefen gebräuchlich war, sind noch wohl kenntlich, und geben Zeugniß, daß es ein wahres Original sey. Das Jahr 1286 ergiebt sich nebst andern Kennzeichen auch daraus, daß es zu Anfang der Erhebung Heinrichs zum Erzbisthume Mainz erlassen worden ist. Diese und mehr andere Urkunden beweisen das Ansehen und den großen Einfluß des Erzb. Heinrichs bei dem Kaiser Rudolf.

A tergo Venerabili Domino ſuo, H. ſancte Magunt ſedis Archiepiſcopo, ſacri Imperii per Germaniam Archican-cellario.

XLII.

DITOLDUS Commendator prouincialis *domus Theut.* HEINRICO II. A. M. de ſua exaltatione gratulatur, atque ſe & ſuos fratres eidem commendat. 1286.

(*Ex autographo.*)

Reuerendo in Chriſto Patri ac Domino ſuo, Domino Epiſcopo metropolitano eccleſie Maguntine, Frater DITOLDUS Commendator prouincialis fratrum de domo Theutonicorum, cum uniuerſitate fratrum ſubditorum ſuorum de *Bohemia* & *Morauia*, orationes ſedulas & deuotas, nec non pro ſue poſſibilitatis modulo famulatum.

De veſtri honoris culmine, tot laureis aucto-ritatum ac virtutum preſignito, in tantum animus noſtri hominis utriusque eſt exhileratus, quod ſtilus apprehendere nec lingua valeret ullatenus explicare: Et ad hoc cogimur iuris ordine exigente, cum plurima promotionum genera nobis

nobis veſtra porrexerit dominatio hucusque, & amplius a vobis maiora iuxta confidentiam & reſpectum ad veſtre reuerentie habitum, firmius expectemus.

Quare veſtram magnificentiam affectuoſius & confidentius dignum duximus exorandam, quatenus intuitu Dei & orationum noſtrarum fratrem HERMANNUM ſacerdotem ordinis noſtri audire velitis, qui vobis tribulationes & anguſtias & quamplurima diſcrimina noſtra immo violentias & oppreſſiones exponet oretenus, & exinde veſtra prefulgens dominatio nobis compati dignetur, vt veſtro potenti auxilio noſtra meſtis oppreſſio, in releuamen letitie reformetur, quia hoc difficillime conſequeremur, niſi veſtre auctoritatis gratia mediante. *)

A tergo. Reuerendo in Chriſto patri ac Domino Domino Heinrico Archiepiſcopo Eccleſie Maguntine.

---

*) Sine die & anno. Ex circumſtantiis & præſertim ex tenore harum litterarum, quæ nec Heinricum I. nec III. concernere poſſunt, eruitur annus 1286.

XLIII.

Der Pfarrer Burkard zu Augsburg wähler in seinem und seiner Mitwählenden Namen, den Sifrid von Algeshausen zum Bischofe von Augsburg. 19. Jul. 1286.

(*Ex autographo.*)

Anno Domini Mill. CC. LXXX sexto. Indictione XIIII. XIIII Kal. Augusti, Ego BURCHARDUS Plebanus Ecclesie *Augustensis*, vice mea & nomine collegarum meorum & compromissariorum meorum & tocius eiusdem Ecclesie Capituli, de mandato singulorum & omnium Concanonicorum in hiis scriptis eligo mihi, ipsis & eidem Ecclesie Augustensi, Dominum *S*IFRIDUM *d'Algishusen* in Episcopum & Pastorem. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *a*)

Sigillum oblongum, quod appendet, ceræ impressum est, & exhibet Levitam librum in manibus ad pectus portantem

a) Der Dompfarrer Burkard war also auch Domkapitular, aber ein unadelicher, wie aus dem Namen und aus dem Siegel zu schließen ist. Vermuthlich ist dieses Schreiben der Bittschrift beigelegt gewesen, worin das Kapitul die Bestätigung dieser Bischofswahl vom Erzb. Heinrich anverlangt hat.

tem, cum inſcriptione: S. BURCHAR. ARCHIP. ECCL. AUG. DOCTORIS DECRETORUM.

XLIV.

Das Kapitul zu Goslar appellirt von dem Bischofe zu Hildesheim an den erzb. Stuhl zu Mainz. 4. Aug. 1286.

(*Ex autographo.*)

In nomine Domini. Amen. Domine *Hilden.* Epiſcope, Pater Reuerende. Nos Dei gracia S. Decanus totumque Capitulum Ecclesie ſanctorum Apoſtolorum Symonis & Jude in *Goslaria*, eo quod legitimas exceptiones noſtras & iura pro nobis introducta non admittitis, ſencientes nos indebite grauari, *ſedem Maguntinam appellamus* in hiis ſcriptis, nos & noſtra protectioni eiusdem ſedis ſubiicientes, & apoſtolos iterum atque iterum petentes cum inſtancia. Dat. & actum Anno Domini M. CC. LXXX. VI. IIII. Menſis Auguſti.

XLV.

XLV.

MECHTILDIS Ducissa Bavariæ neoelectum Episcopum Augustanum HEINRICO Archiep. Moguntino pro confirmatione obtinenda recommendat. 6. Augusti 1286.

(*Ex Autographo.*)

Reuerendo in Christo Patri & Compatri suo predilecto H. *a*) venerabili sancte *Maguntine* sedis Archiepiscopo sacri Imperii per Germaniam Archcancellario M. *b*) Dei gracia *Rom. Regis* filia, Com. Palat. Reni, Duc. Bauarie, salutem & in suscepti Regiminis onere Deo laudabilem desudare.

Cum diuina prouidentia, que concordiam facit in sublimibus suis, omnium quorum intererat & ad quos spectabat *electio in ecclesia Aug.* *c*) corda concordia reddiderit esse, videlicet quod Reuerendus in Christo Pater Dominus S. *d*) de *Algis-*

---

a) HENRICO II.

b) Mechtildis eine Tochter des Kaisers Rudolf Gemahlin des Ludovicus Seuerus Kurfürsten von Pfalz und Herzogs in Oberbaiern, des Pater Heinrichs vormaliges Beichtkind.

c) Augustensi.

d) SIFRIDUS. Sieh oben Urk. XLIII.

Algishausen ab eisdem eciam uno solo non excepto in Pastorem eiusdem Ecclesie communiter est electus, suorum prerogatiua meritorum non immerito deposcente, Paternitatem vestram, quam semper ad omnia vota & nostri cordis desideria inuenimus inclinatam, affectuose requirimus petentes intimo cum affectu, quatenus intuitu Dei, precumque nostrarum interuentu, munus confirmationis sibi dignemini impertiri, eumque pietate paterna ac sollicitudine debita subleuando, nihilominus confouere, ne in commissi regiminis onere & memorate *Aug. ecclesie* gubernatione, que amplius quam dici oporteat, tenuis inuenitur in redditibus & lamentabiliter est collapsa, ipsum aliquando pigeat aut pudeat desudare, in quo reuera Deo principaliter honorem & nobis consuete gracie vestre beneuolenciam exhibebitis, piissimum & affectum. Datum *Monaci* VIII. Idus Augusti. *e*)

---

e) *6.* Aug. 1286. welches Jahr theils aus den Worten: *& in suscepti regiminis onere,* theils aus dem Zusammenhange mit der Urkunde XLIII. zu schließen ist.

XLVI.

XLVI.

Die Stadt Wimpfen empfielt dem Erzb. Heinrich den Sohn ihres Schultheisen zu einer Präbende im Stifte zu Wimpfen. Vom 8. August 1286.

(*Ex autographo.*)

Reuerendo in Chriſto Patri ac Domino Archiepiſcopo Ecclesie *Maguntinenſis*, Scultetus, Conſules, Scabini & vniuerſi Ciues de *Wimpina*, ſeruitium tocius fidei confirmatum & ſemper nutibus opitulari. Veſtram magnificenciam iuxta confidenciam, quam de vobis gerimus & ſperamus, flexis genibus exhortamur & deprecamur toto niſu, quatenus intuitu ſeruicii noſtri perpetui & ob ſereniſſimi Domini noſtri Regis reuerenciam, Scultetum noſtrum de Wimpina *veſtrum hoſpitem a*) in filio ſuo *pro prima prebenda* in Eccleſia *Wimpinenſi* vacatura, ſicut optime poteſtis, promoueatis ac ſibi conferatis ac eciam pro ipſo filio Sculteti predicti ad Eccleſiam *Wimpinenſem* per veſtras literas *primarias preces veſtras* fundere ſtudeatis. Sciat veſtra clemencia, quod

---

a) Der Schultheis zu Wimpfen wird Heinrichs Wirth genannt, vermuthlich von jenen Zeiten her, wo der Pater Heinrich als Lektor zu Mainz oder als Terminarius bei demselben eingekehrt ist.

quod si hoc fecerit, tunc procul dubio nos semper nocte dieque ad vestra seruicia inuenietis expositos & paratos. Dat. *Wimpine* anno Domini M. CC. LXXXVI. feria V. ante Laurencii. *b*)

A Tergo. Reuerendo in Christo Patri ac Domino, Domino Archiepiscopo Magunt.

---

b) Herr Weihbischof Würdtwein hat auch diese Urkunde *Subsid. dipl.* T. II. pag. 4. abdrucken lassen, und bemerkt dabei, daß hieraus zu folgern scheine, daß Heinrich von Rudolf den Auftrag gehabt habe, auch außerhalb der mainzer Diözes im Namen des Kaisers die Preces auszutheilen. Allein ich glaube, daß erzbischöfliche Preces dahier verstanden werden, 1) weil Rudolf schon im J. 1273 zur Regierung gekommen und im ersten Jahr schon (*ibid.* pag. 1.) solche Preces ertheilt hat, vermuthlich also im J. 1286 keine mehr zu vergeben übrig gewesen sind. 2) Scheinet auch dieses durch die Worte: *conferatis primarias preces vestras* &c. angedeutet zu werden. 3) Wird dieses durch die zwo nachfolgende Urkunden bekräftigt.

XLVII.

Empfehlungsschreiben des Fränkischen Landrichters zu Wimpfen in der nämlichen Sache. 1286. 8. August.

(*Ex autographo.*)

Reuerendo in Christo Pater ac Domine . . . : Archiepiscope Magont. SWIKERUS de *Gemmingen* Judex Prouincialis per totam *Frankoniam* a serenissimo Domino nostro Rege Romanorum constitutus seruicium cum tota fidelitate confirmatum. Vestram magnificenciam totis conaminibus quibus valeo exhortor & moneo, quatenus causa seruicii nostri perpetui Scultetum nostrum de *Wimpina*, in filio suo, *pro prima prebenda in Ecclesia Wimpin. vacatura* sicut optime potestis *per vestras literas* promoueatis scitius; quod si hoc feceritis, tunc procul dubio circa vestram clemenciam modis omnibus cupio deseruire. Dat. *Wimpine* anno Domini M. CC. LXXXVI. feria V. ante Laurencii. *)

A

---

*) Zu Wimpfen war damals der Sitz eines kaiserlichen Landgerichtes über Frankenland. Conf. GUDEN. *in Sylloge* pag. 201. WÜRDTW. *in Chron. Schoenaug.* pag. 84. Der Herr Landrichter muß ziemlich schlecht in der lateinischen Sprache bewandert gewesen

A tergo. Reuerendo in Christo Patri ac Domino Archiepiscopo Magunt.

Aduocatus de Wimpina.

XLVIII.

Castrenses & Burgenses in *Ameneburg* JOHANNEM Clericum pro obtinendis *precibus primariis* HEINRICO A. M. commendant. 1286.

(*Ex autographo.*)

Rev. eorum Dno HENRICO Archiep. S. Imperii per Germaniam Archicancellario, Castrenses, Scabini & uniuersi Burgenses sui in *Ameneburg* cum omni honore & reuerentia ad quevis seruitia se paratos.

Cum JOHANNES Clericus sit bone notionis & indolis, ostensor presentium, cuius pater, auus, attauus atque tota successio eiusdem pro

H hono-

---

wesen seyn, daß er die in dieser Urkunde vorkommenden Schnitzer gemacht hat, besonders in der ersten Zeile: Reuerendo in Christo Patri ac Domine Archiepiscope. Nach Hembrachts 25ter Tabelle ist Schweiker von Gemmingen im J. 1297. gestorben.

honore & utilitate *ecclesie Magunt.* non semel sed pluries res suas exposuerint & personas, supplicamus in quantum possumus ingentius dominationi vestre, quatenus prouidere dignemini intuitu dicti & aliquantulum nostri perpetui famulatus, eidem clerico *per preces vestras primarias*, cum approbate consuetudinis sit, ut *in qualibet ecclesia* per terminos archiepiscopatus vestri *primarie preces vestre celsitudinis* admittantur, vt exinde ad vestra beneplacita prompti reddamur perpetuo promptiores. *)

---

*) Auch diese Urkunde hat keinen Tag und kein Jahr angemerkt, die Umstände aber weisen auf den Erzb. Heinrich II. obschon Würdtw. *subs. dipl.* V. 204. dieselbe unter den Urkunden von Heinrich III. eingerückt hat. Auch scheint diese Urkunde zu beweisen, daß der Erzb. von Mainz das Recht der ersten Bitte nicht allein in seiner Diözese, sondern auch in der ganzen Provinz ausgeübt habe.

XLIX.

XLIX.

Der Bischof REINBOTT von *Eichstett* wünschet dem Erzbischofe HEINRICH II. Glück zum Mainzer Stuhle, und bittet ihn um Hilfe wider den Grafen von *Oettingen* und um Empfehlung bei dem König RUDOLF. 9. August. 1286.

(*Ex autographo.*)

Reuerendo in Christo Patri Domino suo . . . . ven. sancte *Magunt.* sedis Archiepiscopo. R. Dei gracia *Eystet.* ecclesie Episcopus, suus Suffraganeus & deuotus *Cancellarius*, orationes in Deo deuotas, cum debita subiectione, reuerentia & honore.

Gaudemus in Domino, cuius prouidentia *tantum Principem* ad regimen Ecclesie sue & curam sedis metropolitice vos vocauit. Specialem de vestre paternitatis beneuolentia confidentiam obtinentes, quod vos oppressionibus ecclesie nostre *Eystet.* paterna sollicitudine consulere debeatis. Ipsa siquidem ecclesia honorabile *membrum ecclesie vestre Maguntine* per plurium inuasornm audaciam & violenciam manifestam diuersis tribulationibus attenuata multipliciter & attrita ita deficere incipit imo quasi deficit, quod nisi gracie vestre remedio competenti & celeri succurratis eidem,

non adiiciet vt refurgat. Ecce pater benigniffime, vt de aliis taceamus, ad aures paternitatis veftre deferre cogimur grauiter querelando, quod quidam *milites*, *Caftellani & officiati* puerorum nobilis viri C. quondam Comitis de *Otingen* in grauem ecclefie veftre predicte iniuriam & iacturam quoddam *Caftrum nouum* in opido noftro *Arenburc* in fuburbio caftri noftri in *Arberg* in fundo & predio ecclefie erigere moliuntur, ad diripiendos redditus menfe noftre Epifcopali pertinentes & poffeffiones ecclefie deftruendas. Super quo benignitatis veftre gratiam humiliter imploramus, quatenus in eo cafu nobis & ecclefie dignemini competenti remedio prouidere & precipue apud Dominum noftrum fereniffimum *Regem Romanorum* inftare curetis, vt ipfe *officiatis fuis* videlicet Miniftro de Wizenburc det firmiter in mandatis, quod ipfe iniuriofam nobis ftructuram huiusmodi & dampnofam fieri prohibeat, faltem quousque Dominus Rex cognofcat perfonaliter, quod fieri liceat & expediat in hoc cafu. Dat. *Arberch* V. Idus Augufti. *)

A

---

*) Diefer Urkunde fehlt zwar die Jahrzahl, der Name des Erzbifchofs fowohl als des Bifchofs, allein alle Kennzeichen derfelben, nämlich das Pergament, die Buchftaben, die Punktirungen, Abkürzun-

A tergo. Reuerendo in Christo Patri Domino suo . . . ven. sancte Mogunt. sedis Archiepiscopo.

L.

PETRUS de *Aspelt* petit possessionem prebende in ecclesia *metropol. Moguntina*, vacantis per obitum JOANNIS RUGRAVII. 6. Sept. 1286.

(*Ex autographo.*)

Venerabilibus viris . . . Decano & Capitulo *Ecclesie Maguntinensis* Dominis suis karissimis

---

kürzungen ꝛc. sind den übrigen vielen Urkunden von dieser Zeit, die ich in Händen gehabt, so ähnlich, daß mir kein Zweifel übrig bleibt, besonders da der Inhalt so sehr auf den Erzb. Heinrich II. passet, der bei dem römischen Könige Rudolf in so großem Ansehen gestanden, daß auch andere Fürsten und Stände sich um seine Fürbitte bei demselben beworben haben. Der Anfangsbuchstaben R. des Bischofs von Eichstett bestätigt dieses noch mehr, indeme dieser auf keinen anderen passen kann, als auf den Bischof Reinbott oder Rembot von Müllenhard, der 1280 Bischof geworden und 1297 gestorben ist.

Magister PETRUS *a*) Prepositus *Pinguensis*, Scolasticus *sti Symeonis* Trevirensis ac eorum Concanonicus, Serenissimi Domini . . : Romano-Regis illustris *b*) Phisicus ac Capellanus cum recommendacione sui quidquid poterit reuerencie & honoris.

Cum per mortem Domini . . . Prepositi de Aschaffenburg Canonici vestri, *c*) prout de nouo ad

---

a) Peter von Aspelt ohnweit Trier oder zwo Stunden von Luxemburg, welches man damals zu Trier rechnete, gebürtig, ist hernach im J. 1305. Erzbischof von Mainz geworden.

b) Er war Leibarzt des Kaisers Rudolf. Zu damaligen Zeiten trieb die Arzneikunde durchgehens Niemand anderes als die Weltgeistlichen.

c) Der Raugraf Johann, gestorben am 27. August 1286. Daß Peter von Aspelt, obschon er nicht von Adel gewesen, wirklich zum Besitze dieser Dompräbende zu Mainz gelangt sey, erhellet aus einer Bulle des Pabstes Niklas IV. vom J. 1289, (bei Würdtw. *subs. dipl.* I. 377.) worin dem Meister Peter von Aspelt, Leibarzte und Vertrauten des Kaisers Rudolf und Domprobste zu Trier erlaubt wird, daß er nebst den Probsteien Trier und Bingen, wie auch den Kanonikaten der Trierer, Mainzer

ad meam peruenit noticiam, in ecclesia vestra ad presens vacet prebenda *de iure mihi debita*, & occupatus circa Seruicium Domini nostri R. *Regis Romanorum illustris*, ad vos in presenciarum pro inuestitura & corporali apprehensione dicte Prebende venire non possim, quamquam hoc quam plurimum affectarem, Virum discretum *Magistrum Ortlibum* Canonicum *Pinguensem*, licet absentem, meum constituo Procuratorem & Nuncium specialem, ad petendum assignari mihi, quamquam absenti, seu dicto Procuratori, meo nomine possessionem vel quasi,

---

zer und Speierer Domkirchen, auch die Schelasterie zu St. Simeon in Trier, und die Pfarreien zu Birthingen und Riole an der Mosel zugleich besitzen könne. Als Erzbischof von Mainz hat er hernach auch für seine Neffen gesorget. Den Wilhelm von Aspelt Domherrn zu Mainz beförderte er im J. 1314. zur Probstei Frankfurt. (Würdtw. *subs. dipl.* I. 426.) Seine beide Neffen, Johann von Trier genannt Kirchhof, und Ernest Probst zu St. Severus in Erfurt, waren ebenfalls Domherrn zu Mainz. (Guden. *Cod. dipl.* III. 178. 843. & II. 322.) Derselbe Johann war auch Probst zu Aschaffenburg und zu U. L. F. in Erfurt. (Gud. *ib.* II. 321. 323.) Mehr von der Anverwandtschaft des Erzb. Peter sieh bei Gud. *Cod. dipl.* III. pag. 82. 166. 175 - - 179. &c.

dicte Prebende, ac jurium & pertinenciarum ipsius, ipsamque possessionem vel quasi, pro me & meo nomine recipiendi, nanciscendi & retinendi, adhibitis prout moris est, aliis consuetudinibus debitis & consuetis, & specialiter ad prestandum in animam meam solitum & debitum juramentum, de ipsius Ecclesie statutis & laudabilibus consuetudinibus obseruandis. Dans eidem nihilominus potestatem liberam, loco sui substituendi alium procuratorem, qui in premissis habeat consimilem potestatem, ratum & gratum habiturus sub ypotheca rerum mearum, quicquid dictus procurator vel substitutus ab eo circa premissa duxerit faciendum.

In cuius rei testimonium, Sigillum meum Scolasterie predicte duxi presentibus apponendum. Datum *apud Murtingen.* Anno Domini M. CC. LXXX. sexto, feria sexta ante Natiuitatem beate Marie Virginis.

LI.

LI.

Kaiser Rudolf ladet die Mainzer Juden vor Gericht, um auf die Klagen des Erzbischofs von Mainz zu antworten. 23. Septemb. 1286.

(*Ex autographo.*)

RUDOLFUS Dei gracia Rom. Rex ſemper auguſtus. MOYSI quondam *Epiſcopo Judeorum*, nec non JOELI, JOSEPH dicto HALLER, ABRAHE dicto WIZE, COPPELINO, ceterisque *Conſulibus Judeorum* & aliis *Judeis Magunt.* uniuerſis, *Camere ſue ſeruis*, graciam ſuam. Ad noſtram preſenciam vos citantes deuotioni veſtre firmiter & diſtincte precipiendo mandamus, quatenus a proxima quarta feria ad tres ſeptimanas, in noſtra compareatis preſencia, querimoniis venerabilis H. *Archiepiſcopi Magunt.* Principis noſtri kariſſimi legitime reſponſuri. Datum *in Caſtris ante Stutgarten*, IX. Kal. Oct. Indict. XIV. Anno Domini M. CC. LXXX ſexto, regni vero noſtri anno XIII. *a*)

---

a) Legitur quoque in GERBERTI Codice epiſt. RUDOLPHI Rom. Regis pag. 237.

LII.

K. Rudolfs Befehl an die Stadt Mainz, die Güter der über Meer entflohenen Juden dem Erzbischofe Heinrich von Mainz und dem Grafen Eberhard von Katzenelnbogen auszuliefern. Vom 6. Dez. 1286.

(*Ex autographo.*)

RUDOLFUS Dei gracia Rom. Rex ſemper auguſtus, prudentibus viris Sculteto, Conſulibus & vniuerſis Ciuibus *Maguntin.* fidelibus ſuis dilectis, graciam ſuam & omne bonum.

Cum vniuerſi & ſinguli Judei, vtpote *Camere noſtre ſerui* cum perſonis & rebus ſuis omnibus ſpecialiter nobis attineant, vt illis Principibus, quibus iidem Judei a nobis & Imperio in feodum ſunt conceſſi, condignum & iuſtum eſt, & vtique conſonum racioni, vt ſi aliqui Judeorum huiusmodi *facti profugi* ſine noſtra vt Domini ſui ſpeciali licencia & conſenſu, ſe *ultra mare* transtulerint, vt ſe a vero Domino alienent, de illorum poſſeſſionibus, rebus & bonis omnibus, tam mobilibus quam immobilibus, ubicunque ea reperiri contingit, nos vt Domini quibus attinent, licite intromittere debeamus, ac ea non immerito noſtre attrahere poteſtati.

Nos igitur, vt in *profugos Judeos* eosdem iniuria taliter attemptata redundet, de circumſpectione

ſpectione ac fide vener. H. *Archiepiſcopi Magunt.* Principis & Secretarii noſtri kariſſimi, ac nobilis viri E. *Comitis* de *Katzenellenbogen* dilecti noſtri fidelis fiduciam obtinentes, ipſis ſuper omnes Judeos *Spiren. Wormat. Magunt. Oppenheim.* ac ſuper omnes judeos *Wetreibiē* damus preſentibus plenariam poteſtatem, vt poſſeſſiones, res & bona mobilia & immobilia *profugorum Judeorum*, ubicunque ea inuenerint, ſine contradictione cuiuslibet, ſue attrahant poteſtati, ac *pro ſue voluntatis arbitrio* de ipſis ordinent ac diſponant, prout eis videbitur expedire.

Quapropter deuocioni veſtre tenore preſencium firmiter iniungimus & mandamus, quatenus Archiepiſcopo & Comiti predictis, in premiſſis adeo efficaciter & fideliter cooperari & aſſiſtere ſtudeatis, quod proinde deuocionis veſtre promptitudinem in merito commendemus.

Datum *Spire* VIII. Idus Decembr. Regni noſtri anno XIIII. *a*)

LIII.

---

a) An die Städte Worms, Speier, Oppenheim und in der Wetterau ſind eben dergleichen Befehle ergangen, von demſelbigen Inhalt und Datum.

Ein

LIII.

K. Rudolfs Befehl an die Juden zu Mainz, in derselben Sache. Vom 6. Dez. 1286.

(*Ex autographo.*)

RUDOLFUS Dei gracia Romanorum Rex semper augustus, vniuersis Judeis in *Maguncia*, Camere sue seruis, graciam suam.

Sub obtentu gracie nostre districta vobis preceptione mandamus, precise volentes, quatenus vener. H. *a*) Archiepiscopo *Magunt.* Principi, Archicancellario & Secretario nostro karissimo & nobili viro E. *b*) Comiti de *Katzenellenbogen* fideli nostro dilecto in hiis, que super *profugis Judeis* & bonis eorum, qui se *ultra mare* sine nostra vel Principis eius, qui a nobis & Imperio

---

Ein neuer Messias, der in Syrien erschienen war, hatte eine unzählige Menge Juden veranlasset, über Meer zu fliehen, um an dem Reiche des Messias Antheil zu nehmen. Mehr hiervon in der Geschichte des Erzbischofs Heinrich.

a) Heinrich II.

b) Eberhard. Bei König Rudolf stand er in großem Ansehen. Conf. Wenk hess. Landesgesch. Th. I. S. 342. u f.

rio *eos tenet in feodum* ſpeciali licencia transtulerunt, a vobis duxerint requirenda, noſtro & Imperii nomine, cooperari, aſſiſtere, ac reuerenter intendere nullatenus omittatis, alioquin grauem noſtre indignacionis offenſam vos incurriſſe procul dubio ſencietis.

Datum *Spire* VIII. Id. Dec. Regni noſtri anno XIIII. *c*)

LIV.

Der Erzbiſchof Heinrich von Mainz und die Herzoge von Braunſchweig wählen ſich acht Schiedsrichter, die auf dem Reichstage zu Wirzburg ihre Streitſachen entſcheiden ſollen ꝛc. 12. Febr. 1287.

(*Ex autographo & ap.* GUDEN. *Cod. dipl.* T. I. p. 822.)

In nomine Domini Amen.

Nouerint vniuerſi, preſentes pariter & futuri, quod cum inter nos *Fratrem* HEINRICUM, ſancte

---

c) An die Judenſchaften zu Oppenheim, Speier, Worms und in der Wetterau ſind eben dergleichen Befehle ergangen, die hier abzuſchreiben überflüßig iſt.

ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopum , Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarium, Predeceſſoros noſtros bone memorie, ac . . . Decanum & Capitulum Eccleſie noſtre Maguntine ex una: & nos ALBERTUM Ducem de *Brunſwich* , habentes plenum Mandatum ex parte dilectorum fratrum noſtrorum HEINRICI, WILHELMI, CONRADI & LUDERI ex parte altera, verteretur materia queſtionis ſuper damnis datis & iniuriis irrogatis, nec non ſuper aliis queſtionibus, contencionibus, controuerſiis & actionibus quibuscunque, per libellos in Romana Curia deductis in Judicium, vel eciam non deductis; Nos Archiepiſcopus predictus pro nobis & Eccleſia Maguntina, in honorabiles viros GERARDUM de *Eppenſtein* Archidyaconum *Treuerenſem* & HERMANNUM de *Glichen* Canonicos *Maguntinos*, nec non in ſtrenuos Viros, FRANCONEM de *Cronenberg* & RUDOLFUM dictum *Graslok a*) Milites: Nos vero ALBERTUS Dux pro nobis & fratribus noſtris predictis, a quibus ſuper eo habemus mandatum ſufficiens & legale, ac noſtris coheredibus, ſuper queſtionibus predictis & omnibus controuerſiis, contencionibus, dampnis & iniu-

a) *Modo* Groſchlag.

iniuriis, que vel quas habebamus hinc inde vel habere poteramus; feria II. *b*) post Dominicam *Exurge* Anno Domini MCCLXXXVII continuata in feriam IV. fubfequentem, Die amicabili apud MULEHUSEN ad hoc collecta, fpontanea voluntate in ftrenuos Viros GOTSCHALCUM de *Pleffe*, LUDOWICUM de *Rosdorp*, HEINRICUM de *Heimburg* & . . . Aduocatum de *Grune*, Milites, tanquam in Arbitros, arbitratores, feu amicabiles compofitores, compromifimus feu compromittimus in his fcriptis; vt ipfi feruato iuris ordine vel non feruato, de plano vel quocunque modo voluerint, fecundum quod electioni eorum commifimus, fub fide & corporali iuramento fuper eo preftitis conuenientes in Oppido de *Mulhufen*, Nos, fraude & dolo exclufis, fuper omnibus premiffis controuerfiis & queftionibus, ante Curiam Regalem apud *Herbipolim*, concordabunt quantum poterunt, vel fecundum Jufticiam, vel Amorem.

Promittimus quoque nos *Archiepifcopus* fupradictus, fide data vice & nomine facramenti; nos vero ALBERTUS Dux pro nobis, fratribus, coheredibus noftris predictis, fide data & iura-

b) 10. Febr.

iuramento preſtito corporali, ſub penis Excommunicationis Papalis & Proſcriptionis Regalis, nec non ſub periculo Cauſe totius, que ſuperius eſt expreſſa, nos inuiolabiliter obſeruaturos, quicquid per eosdem Arbitros, arbitratores ſeu amicabiles compoſitores communiter dictum, arbitratum, prônunciatum fuerit ſeu eciam diffinitum, nec contraueniemus verbo vel opere, publice vel occulte, per Nos, vel interpoſitas perſonas, de iure vel de facto, quod ſub penis promittimus ſupradictis, quibus nos adeo conſtanter ſubiicimus, quod quicunque Noſtrum contrauenerit, ipſo facto pro conuicto habeatur ſuper omnibus Cauſis & Queſtionibus inter nos tam in *Curia Romana* quam extra Curiam prepoſitis vel de cetero proponendis contemplacione huiusmodi queſtionum.

Si vero in premiſſis vel aliquo premiſſorum, Arbitros, arbitratores ſeu amicabiles compoſitores noſtros predictos contingeret diſcordare, ita quod ante Curiam Regalem apud *Herbipolim* indictam non poſſent in unam ſenteneiam concordare; Ex nunc & ex tunc conſentimus in Sereniſſimum Dominum noſtrum RUDOLFUM Romanorum Regem Illuſtrem, ad cuius Curiam ſub penis premiſſis in *Herbipolim* promittimus nos venturos, & venerabilem Patrem . . .

Epi-

Episcopum *Verdensem*, vt Ipsi inspecta negocii qualitate, & auditis hinc inde circumstanciis ipsius, in premissis questionibus & controuersiis & contencionibus nostris, Deum & equitatem habentes pre oculis, tanquam Mediatores & Dissinitores specialiter ad hoc electi a nobis, ordinent, pronuncient, arbitrentur, faciant & disponant, prout ipsis videbitur expedire, secundum iusticiam vel amorem.

Si autem casibus fortuitis celebracionem eiusdem regalis curie apud *Herbipolim* celebrande retardari vel infirmitate aliqua aut alio impedimento, quod absit, dictum Regem contigerit detineri, propter quod discussioni negocii predicti non possit intendere illa vice; nos Archiepiscop. *Maguntinus* predictus, & nos Dux ALBERTUS una cum fratre nostro Heinrico vel alter Nostrum pleno mandato suffultus, una cum venerabili Patre Domino *Verdensi* Episcopo Patruo nostro predicto, sublatis occasionibus & occupationibus quibuscunque, nos in Curia Regis, ubicunque fuerit, recipere tenebuntur, ab eadem nullatenus recessuri, donec a predictis Domino nostro Rege & Episcopo *Verdensi* super premissis questionibus & controuersiis quibuslibet, iuxta formam Compromissi nostri complanemur secundum iusticiam vel amorem. Quam

Complanacionem feu ordinacionem inuiolabiliter obferuare promittimus fub penis omnibus fuperius comprehenfis. Predictus quoque *Verdenfis* Epifcopus promifit, cauit & in fe fufcepit, quod illuftris OTTO, Dux de *Brunfwich* & de *Luneburch*, fratruelis ipfius, ratum & gratum habeat, & habere debeat, quicquid actum, pronunciatum feu diffinitum fuerit fuper omnibus & fingulis fupradictis.

Actum eft eciam, vt fi, inimico homine zizaniam feminante, inter nos Concordia non poterit reformari, quod abfit, ftatus Caufe vel caufarum noftrarum omnium maneat integer & illefus per omnia, ficut fuit ante huiusmodi Compromiffum.

Cauemus quoque, & hoc expreffe eft actum, quod fi nos Archiepifcopum *Maguntinum* predictum de medio tolli contingeret; nox Dux ALBERTUS & confortes noftri predicti fingula & omnia in noftro compromiffo comprehenfa obferuabimus Decano & Capitulo Maguntino, integraliter vt fub penis fuperius eft expreffum.

Item dicimus declaracionem dampni dati & iniurie illate, de concordi confenfu omnium hinc inde obmifimus; quia hec a Compromiffa-

riis

riis hinc inde electis a nobis debent & poterunt pertractari.

Item cum nos Archiepiscopus prenotatus, iuxta formam pacis generalis per nos de mandato Serenissimi Domini nostri RUDOLFI Romanorum Regis Illustris de consensu Principum, Nobilium ac aliorum inferiorum omnium parcium Thuringie in eisdem partibus ordinate, ex nunc a festo bte *Walpurgis* proximo per sex annos continuos durature, omnibus qui iurauerunt pacem eandem, & debentibus eiusdem pacis defensari suffragio & gaudere, teneamur contra quoslibet iniuriatores suos assistere & cooperari ipsis in consequenda iusticia vel amore; nullam exinde composicionem reputabimur violasse, vel contra promissum huiusmodi aliquo modo venisse, si in prosequenda pace iurata aliquid contra ipsos Duces de *Brunswich* vel fautores aut homines ipsorum fecerimus; Vel si quibuscunque in pace generali comprehensis contra Duces eosdem astiterimus in consequendo Amore vel Justicia, vt tenemur.

In cuius nostri Compromissi huiusmodi per nos facti testimonium & euidenciam pleniorem nos *Archiepiscopus* & Dux ALBERTUS predicti, nec non CONRADUS *Verdensis* & CHRISTIA-

 NUS

NUS *Sambienſis c*) Eccleſiarum Epiſcopi, ac GEBHARDUS Decanus, *d*) GERARDUS de *Eppenſtein* Archidyaconus *Treueren.* & OTTO Prepoſitus de *Heilgenſtat e*) Canonici Maguntini: nec non GERLACUS de *Limpurch*, GERLACUS de *Bruberch* & VLRICUS de *Hanowe* ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Tractatum eſt eciam, vt, ſi unus de octo compromiſſariorum nominatorum ſuperius, haberi non poſſit, loco illius alius, per Eum qui eum ſtatuit, aſſumatur.

Actum

---

c) Quis hic fuerit, videſis JOANN. R. M. T. II. p. 422.

d) Decanus Mogunt. & Præpoſitus S. Victoris factus eſt anno 1283. Eundem prius Canonicum Mog. fuiſſe, prout apud JOANN. T. II. p. 300 legitur, non liquet, quin potius contrarium videtur ex eo erui, quod GEBEHARDUS uſque ad annum 1283 fuerit HEINRICI primi *Misniæ* Marchionis Protonotarius curiæ. Unde prono fluit alueo, quod hic GEBEHARDUS a Papa fuerit in *Decanum Mog.* intruſus, dum hæc Prælatura per promotionem SIMONIS de *Schoeneck* ad Epiſcopatum *Wormatienſem* vacabat, adeoque tum temporis hac de cauſa reſeruata fuerit.

e) Sigillum magnam exhibet rotam cum circumſcriptione S. OTTONIS DE RUDENSHEIM CAN. MAGUNT.

Actum & *datum* loco, die & anno predictis. Videlicet apud *Mulehusen*, feria quarta post Dominicam Exurge, Anno Domini MCCLXXXVII.

LV.

Der Florentinische Handelsmann Neri bescheinet, daß er eine versiegelte Hinterlage von den Mainzer Minoriten auf Befehl des Erzb. Heinrichs empfangen habe. 20. Febr. 1287.

(*Ex Autographo.*)

Ego NERI Ciuis Mercator *de Florentia* de societate Alfanorum, Notum facio uniuersis presentes literas inspecturis, me recepisse & habuisse depositum sigillo *Vermilionis* socii mei consignatum a Custode & *fratribus Minoribus* in *Maguncia a*) ad Mandatum venerabilis Patris Domini *Archiepiscopi Magunt.* presentibus DILMANNO & PETRO fratribus dictis *Junge* & Magistro HENRICO *aduocato Ciuitatis Magunt.* ac JOHANNE boms JOHANNIS de Florentia,

a) Die Minoriten waren, wie es scheinet, die Kammerräthe des Erzb. Heinrichs.

tia. In cuius rei teſtimonium ſigillum meum duxi appendendum. Actum *Maguncie* in Domo Dilmanni predicti. Anno Domini Mill. CC. LXXXVII. feria ante Cathedram bti Petri Apoſtoli.

LVI.

Litteræ, quibus *Nuemburgenſis* & *Merſeburgenſis* Epiſcopi & Marchio FRIDERICUS de *Landesberg* ſe obligant ad ſubſidium pacis præſtandum. 25. Febr. 1287.

(*Ex autographo.*)

Nos Dei gracia BRUNO *Nuemburgen* HEINRICUS *Merſemburgen.* Eccleſiarum Epiſcopi, FRIDERICUS Marchio de *Landesberg*, recognoſcimus & conſtare cupimus uniuerſis, quod nos de mandato Sereniſſimi Domini noſtri Regis Romanorum illuſtris apponente ſuam ſollicitudinem Reuerendo in Chriſto Patre, Domino H. *a* ſancte Maguntin. ſedis Archiepiſcopo, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellario, in partibus *Thuringie* & *Orientalibus* ipſius

a) HENRICO II. qui pacem generalem in partibus Thuringiæ ordinavit.

ſius Domini Regis *Capitaneo* & *Vicario*, pacem generalem, iuxta formam, condiciones & modos, ſecundum quod in ipſis partibus *Thuringie* per eundem Dominum Archiepiſcopum eciam pax ordinata exiſtit, per noſtras terras & diſtrictus, ex nunc & a feſto beate *Walpurgis* proximo affuturo *ad ſex annos continuos* fide data & corporali ſacramento preſtitis ſuper eo promiſimus obſeruare. Et ut optatus pacis effectus proueniat, quodque efficacius dirigi valeat pax eadem & foueri, adinſtar *ſubſidii* impoſiti in partibus *Thuringie*, per noſtras terras & diſtrictus commune, tam nobis quam omnibus earundem terrarum & diſtrictuum incolis clericis & laicis *ſubſidium* duximus imponendum, ita ſane, quod de cuiuslibet marce annuo redditu uſualis argenti, *ferto dimidius* perſoluatur, exceptis tamen bonis, que quicunque milites, religioſi vel clerici ſeculares colunt propriis laboribus & expenſis, de quibus inquam bonis pro quolibet marce unius redditu *Loto* eſt tantummodo perſoluendus Si autem alicuius bona ad unius marce redditum annuum minime ſe extendunt, pro rata eorum, que conſveuit percipere, reddituum tantum ſoluet. Huiusmodi tamen ſubſidium de redditibus & bonis ſuis extra muros & conſoſſata ciuitatum & oppidorum eſt ſolummodo exhibendum. Quia vero prefatus Domi-

nus Archiepiſcopus Magunt. graues pro inſtaurанда pace huiusmodi labores impendiſſe dinoſcitur & expenſas, vt eidem recompenſam aliqualis gratitudinis rependamus, In eo voluntate concordi conuenimus & conſensu, vt prefati ſubſidii medietas cedat Domino Archiepiſcopo ſupradicto, eidem, vel ſtrenuo viro HENRICO Aduocato de *Plawen*, quem ſuum in predictis noſtris terris & diſtrictibus *Capitaneum*, quotiens fuerit abſens, conſtituit, aſſignanda: Reliqua vero medietas in conſeruationem pacis huiusmodi, de ipſius Domini Archiepiſcopi conſenſu & conſilio conuertetur. Ad hec itaque omnia & ſingula fideliter obſeruanda, nos pro nobis, prefatis terris & diſtrictibus noſtris ac incolis eorundem firmiter obligamus & debitores conſtituimus principales, litterarum preſencium teſtimonio ſigillorum noſtrorum munimine munitarum. Datum *Erfordie*. Anno Domini M. CC LXXXVII. V. Kal. Marcij. *b*)

b) Die drei daran gehangenen Sigille waren abgefallen.

LVII.

LVII.

HEINRICUS AEpus bullam CLEMENTIS PP IV. die 20. Novemb. 1265. datam, qua monasteria *ordinis S. Claræ* ab omni exactione Nuntiorum apostolicorum eximuntur, promulgat. 12. Mart 1287.

(*Ex autographo.*)

Frater H. Dei gracia Sce Maguntine sedis AEpus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Vniuersis Christi fidelibus eternam in Domino Salutem. Vniuersitati vestre presenti pagina declaramus, quod nos litteras sanctissimi Patris nostri, Domini Clementis Pape quarti non abolitas, nec in aliqua sui parte vitiatas aut cancellatas, cum veris bulla & serico perspeximus sub hac forma:

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis Abbatissis & Conuentibus sororum inclusarum *ordinis Sce Clare* salutem & apostolicam benedictionem. Quanto studiosius deuota mente ac humili diuine contemplationis vacatis obsequiis, tanto libentius vestre pacis procuramus commodum & quietis. Attendentes igitur, quod, licet quam plura monasteria vestri ordinis varias possessiones obtineant, idem tamen ordo in paupertate fundatur, vosque voluntarie pau-

peres Christo pauperi deseruitis, vestris supplicationibus inclinati, vt vos seu vestrum alique ad exhibendumi procurationes aliquas Legatis vel Nunciis apostolice sedis, siue ad prestandum subuentionem quamcunque, vel ad contribuendum in exactionibus vel collectis, seu subsidiis aliquibus per litteras dicte sedis, aut Legatorum vel Nunciorum ipsorum, seu rectorum terrarum vel Regionum quarumcunque minime teneamini, nec ad id cogi possitis, eciamsi in huiusmodi sedis eiusdem contineatur litteris, quod ad queuis exempta & non exempta loca & monasteria se extendant, & aliqua eis, cuiuscunque tenoris existat, ipsius indulgentia sedis non obsistat, nisi forsan littere ipse dicte sedis de indulto huiusmodi & ordine vestro plenam & expressam fecerint mentionem, auctoritate vobis presencium indulgemus. Nos enim decernimus irritas & inanes interdicti, suspensionis & excommunicationis sententias, si quas in vos vel aliquam vestrum aut aliquod monasteriorum vestrorum, seu quoscunque alios occasione vestri premissorum pretextu, contra huiusmodi concessionis nostre tenorem per quemcunque de cetero contigerit promulgari. Nulli ergo &c. Datum *Perusii* XII. Kal Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

Vt

Vt igitur ſupradictis fidem plenariam adhibere nullatenus dubitetis, preſenti transſcripto Sigillum noſtrum duximus apponendum Datum *Herbipoli* in die beati Gregorii, anno Domini M. CC. LXXX. VII. *Pontificatus noſtri* anno primo. *a*)

LVIII.

HEINRICUS AEpus ſanctimonialibus in *Himmelſtadt* elargitur indulgentias. 12 Mart. 1287.

(*Ex autographo.*)

Fr. HENRICUS Dei gracia Sce Maguntine ſedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Dilectis in Chriſto Abbatiſſe & ſororibus Conuentus ſanctimonialium in *Hymelſtat a*) ſalutem in Domino & ſinceram caritatem. Vt animabus veſtris ſalubrius conſulatur

a) Adpendet ſigillum Heinrici AEpi majeſtaticum. In hac & ſequenti littera *annum Pontificatus ſui* adpoſuit Heinricus AEpus, quod in reliquis eius litteris non invenio.

a) Iſt das heutige Kloſter Himmelspforten vor Wirzburg, bei Himmelſtadt gelegen. Conſ. GROPP. *Script. Wirceburg.* I. 103. & 125.

latur, auctoritate Domini Pape, cuius vice ex apostolica nobis desuper concessa facultate fungimur in hac parte, deuotioni vestre intimamus, quatenus idem sanctissimus Dominus noster, iuxta litteras nobis desuper porrectas in Castro *Erinfels*, vobis indulsit, vt omnibus, qui in festo Natiuitatis B. M. V. contriti corde, post peccatorum suorum confessionem, absolucionem & penitenciam peractam, ecclesiam vestram visitauerit, atque pro exaltatione sce sedis & vniuersi orbis christiani preces fuderint, XL dies *de iniuncta sibi penitentia b*) misericorditer relaxentur. In cuius fidem has sigilli nostri appensione munitas dedimus litteras, *Herbipoli* in die bti Gregorii, anno Domini M. CC. LXXXVII. *Pontificatus nostri* anno primo.

---

b) Quid HEINRICUS AEpus & procul dubio Ecclesia tum temporis per *Indulgentias* intellexerit, ex his verbis - *de injuncta sibi pœnitentia*, colligere licet; & siquis omnes in codicibus diplomaticis publicatas litteras indulgentiarum in unum conferret, mentem ecclesiæ circa indulgentias per plurima sæcula historice demonstrare posset.

LIX.

LIX.

Kaiser Rudolf erkläret, daß er verbunden sey, den Herzog Albrecht von Braunschweig in die Reichsacht zu thun, sobald es der Erzb. Heinrich begehren werde, weil gedachter Herzog auf dem Reichstage zu Würzburg nicht erschienen sey. 31. März 1287.

(*Ex autographo & ap.* GUDEN. *Cod. dipl.* T. I. p. 829.)

Nos Dei gracia RUDOLFUS Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & CUNRADUS Epiſcopus *Verdenſis* ad uniuerſorum noticiam cupimus peruenire, quod nos conſiderato diligenter tenore cuiusdam compromiſſi in ſcriptis redacti & plurium fide dignorum ſigillis communiti; Ex forma eiusdem compromiſſi, initi inter venerabilem Patrem Dnum HEINRICUM Sce Maguntine ſedis Archiepiſcopum, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarium ex ûna parte, & Illuſtres viros Duces Brunſwicenſes ex altera, inter cetera comperimus euidenter, predictas partes promiſiſſe, & ſub certis penis, ſcilicet Excommunicationis Papalis, Proſcriptionis Regalis, nec non ſub periculo tocius Cauſe, que inter dictas partes vertitur, (ita quod illa pars, que contraueniret ipſo facto pro conuicta haberi deberet ſuper omnibus Cauſis & queſtioni-

ni-

nibus inter Eas tam in Curia Romana quam extra Curiam propositis vel de cetero proponendis,) simpliciter astrinxisse; quod si Cause & questiones memorate vel alique earum per arbitratores seu amicabiles Compositores ad hoc a partibus electos non possent terminari ante Regalem Curiam apud *Herbipolim* indictam; predicti ARCHIEPISCOPUS & ALBERTUS Dux ad dictam Curiam venire deberent, audituri Ordinacionem siue Complanationem super omnibus controuersiis & contencionibus eorundem secundum Jus vel amicitiam a Nobis, quos dicte Partes super his Mediatores & Diffinitores specialiter elegerunt; & si aliquibus causis emergentibus prefatam Regalem Curiam apud *Herbipolim* indictam contingeret retardari, vel si nos Regem predictum aliquo impedimento detineri contingeret, propter quod discussioni predictarum controuersiarum illa vice siue tempore predicte curie intendere non possemus, memorati ARCHIEPISCOPUS & Dux ALBERTUS una cum fratre suo Duce HEINRICO, vel alter eorum pleno Mandato suffultus, una nobiscum, videlicet Episcopo *Verdensi*, sublatis occasionibus & occupationibus quibuscunque, in Regali Curia ubicunque nos Rex predictus essemus, se recipere tenerentur, ab ea nullatenus recessuri, donec per nos uniuerse questiones & controuersie

pre-

predicte iuxta formam Compromiſſi eſſent ſecundum ius vel amiciciam complanate; prout hec in prefati Compromiſſi, quod ad inſtanciam dictarum Parcium in nos ſponte recepimus, Littera que ſic incipit: *In nomine Domini, Amen Nouerint uniuerſi* & ſic finit: *alius per eum qui ipſum ſtatuit aſſumatur* plenius continentur, & ſic eciam coram nobis, teſtibus idoneis eſt legitime comprobatum.

Et licet ARCHIEPISCOPUS & Dux HEINRICUS predicti prefatam Curiam indictam apud *Herbipolim* perſonaliter acceſſiſſent, quia tamen predictus Dux ALBERTUS, ſicut in inſtrumento Compromiſſi ſe obligauit, Curiam eandem in perſona propria non acceſſit, nec aliquem qui ſuam excuſaret abſenciam mittere curauit; inſuper memoratus HEINRICUS Dux, licet ſe nobis presentauerit & obtulerit ac promiſerit, ſe iuxta formam compromiſſi velle arbitrio & ordinacioni noſtre parere; tamen non obtenta licencia, nec petita, immo nobis & predicto Archiepiſcopo penitus ignorantibus contumaciter receſſit, noſtro Arbitrio ſeu ordinacioni iuxta formam Compromiſſi minime exſpectatis, prefato Archiepiſcopo ſuam preſenciam exhibente & inſtanter petente, quod arbitrari, ordinare ſeu pronunciare vellemus, iuxta tenorem Compromiſſi ſuper queſtionibus memoratis.

Nos

Nos matura deliberacione prehabita, & inspecta diligenter negocii qualitate, de Consilio venerabilium Patrum, RUDOLFI *Salzeburgensis* Archiepiscopi, ARNOLDI *Babenbergensis*, REIMBOTHONIS *Eihstetensis*, & . . . *Lauantini* Episcoporum; nec non Illustris ALBERTI Ducis *Saxonie*, HEINRICI Marchionis de *Hachberg*, ALBERTI & BURCHARDI Comitum de *Hohenberch*, . . . Ducis de *Tekke*, HARTMANNI de *Baldekke*, & aliorum Nobilium, qui presentes fuerunt, pronunciamus, arbitramur, & sentencialiter diffinimus; Cum clare nobis constet de premissis, predictos Duces promissum huiusmodi minime tenuisse, sed veraciter violasse, & ex eo prefatos Duces in Causis seu in questionibus quibuscunque in Curia Romana vel extra Curiam inter Partes hinc inde propositis seu proponendis cecidisse, & haberi debere in omnibus pro conuictis, & alias poenas in Arbitrio seu compromisso contentas sustinere debere, ad quas se voluntarie astrinxerunt.

Nos quoque Rex RUDOLFUS predictus, prefatorum Principum & aliorum nostrorum fidelium, qui interfuerunt dictante sentencia, contra Duces ipsos *Proscriptionis* sentenciam, cui se sicut ex Compromisso apparet, subiecisse noscuntur, proferre tenebimur, cum ab ipso Archiepiscopo super eo fuerimus requisiti.

In

In cuius rei teſtimonium & euidenciam pleniorem Sigilla noſtra una cum ſigillis Venerabilium Patrum Rudolfi Salzeburgenſis Archiepiſcopi, Arnoldi Babenbergenſis, Reimbothonis Eihſtetenſis, & . . . Lauantini Epiſcoporum, nec non . . . Abbatis *Campidonenſis*, & ALBERTI Ducis *Saxonie* preſentibus ſunt appenſa.

Nos quoque RUDOLFUS *Salzeburgenſis* Archiepiſcopus, ARNOLDUS *Babenbergenſis*, REIMBOTHO *Eihſtetenſis*, & . . . *Lauantinus* Epiſcopi, . . . Abbas *Campidonenſis*, & ALBERTUS Dux *Saxonie* predicti, in teſtimonium premiſſorum ſigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. *a*)

Actum & Datum apud *Herbipolim* II. Kal. Aprilis. Indictione XV. Anno Domini M. CC. LXXXVII. Regni vero noſtri, videlicet Regis RUDOLFI, anno XIIII.

---

a) *Inter* ſigilla *præ ceteris eminet* VERDENSE; *utpote* CONRADUM *in ſolio, Regis adinſtar, ſedentem exhibens. Omiſſum nomen* Lauantini *Præſulis, ſuppletur in ſigillo, quod ſic habet*: S. CHUNRADI DEI GRA EPI ECCLE LAVENTINE.

LX.

JOHANNES Episcopus Tusculanus & per Germaniam & terras septentrionales *Legatus* ab Archiepiscopo *Moguntino* ejusque Suffraganeis & Clero *Procurationes* 1500 marcarum argenti exigit. 9. Sept. 1287.

(*Ex autographo.*)

JOHANNES miseracione diuina Tusculanus Episcopus apostolice sedis *Legatus*, *a*) Venerabili in Christo Patri *b*) Dei gracia *Magunt.* Archiepiscopo Salutem in Domino. Olim felicis recordationis Dominus HONORIUS PP. IIII. nos ad partes *Alamanie* commisso nobis tam in illis, quam in *Boemie*, *Danie* & *Swecie* Regnis, nec non *Polonie*, *Pomeranie*, *Pruscie*, *Liuonie*, *Cassubie*, ac *Ruscie* Ducatibus plene legationis officio destinauit, ac nobis recipiendi tam in absencia quam in presencia PROCURATIO-

a) Es ist dieses eben derselbe päbstliche Gesandte, der nach Deutschland und die Länder in Norden beordert worden ist, um die der Geistlichkeit anbefohlnen Auflagen einzutreiben, zu Würzburg aber sich flüchten mußte. Hiervon mehr in der Geschichte Heinrichs des zweiten. Sieh auch die Urkunden Nro. XXXIV. XXXV. XXXVI. und LXII.

b) HEINRICO II.

TIONES a Venerabilibus in Christo Patribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & a dilectis nobis in Christo Electis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Prepositis, Archipresbyteris & aliis Ecclesiarum Prelatis ac ecclesiasticis personis secularibus & religiosis, Capitulis & Conuentibus, exemptis & non exemptis, Cistercien. Cluniacen. Premonstraten. Camaldalen. Vallis umbrose Sci Benedicti, Sci Augustini & aliorum ordinum, necnon a Magistris & preceptoribus domorum Militie templi & Hospitalis Sci Johannis Jerosolimitan. Sce Marie Theutonicorum & Calatrauen. partium predictarum, & contradictores ipsius Pape auctoritate per vos vel per alium aut alios appellatione postposita compescendi, concessit plenam per suas litteras facultatem. Cum igitur multa varia & diuersa pro nostris & familie nostre necessariis nobis incumbant onera expensarum, que absque vestro & aliorum Prelatorum infra nostre legationis terminos existentium presidio & subuentione congrua portare nullatenus valeremus, auctoritate concessionis huiusmodi *vobis* & venerabilibus Patribus . . . . *Pragensi* . . . *Morauien.* vel *Olumucensi* . . c) *Eistatensi* . . .

 Au-

---

c) Prag und Olmütz gehörten damals noch zur Mainzer Provinz.

Augustensi . . . *Herbipolensi* . . . *Constantiensi* . . . *Curiensi* . . . *Argentinensi* . . . *Wormatiensi* . . . *Verdensi* . . . *Ildesemensi* *Alberstatensi* . . . *Paldeburnensi* Episcopis suffraganeis vestris vestroque & ipsorum Clero exempto & non exempto pro nostris *Procurationibus* presentis *secundi anni* nostre Legationis. *Mille & quingentas Marchas* boni & puri argenti ad pondus Colonien. *d*) duximus imponendas, & cum de vestrorum & predictorum ualore prouentuum plenam habere certitudinem nequeamus, vosque, qui paterna visitatione ac familiari quadam conuersatione sepius conditiones & status palpatis, eorum de hoc habere possitis notitiam pleniorem, nos omnem querele materiam & erroris in hac parte deuitare volentes, ne forsan per ignorantiam aliquos ultra vires & debitum grauaremus ac de circumspectionis vestre sinceritate

---

d) Nach dem izigen 24 Guldenfuß betragen diese 1500 Mark fein Silber die Summe von 36000 Gulden, welche dieser päbstliche Gesandte von der mainzer Provinz, und zwar nur für ein Jahr, gefodert und unter Bedrohung des Bannes herausgepreßt hat. Aus dieser Summe für die Prokurationen kann man schliessen, daß die Hauptauflage, weswegen er abgesandt worden, Millionen betragen haben muß.

ritate gerentes in Domino fiduciam pleniorem, Paternitatem veſtram rogamus attente requirimus & monemus nihilominus vobis ſub excommunicationis pena, quam in vos in his ſcriptis ferimus, ſi huiusmodi mandatum noſtrum neglexeritis adimplere tam predictarum litterarum quam noſtre legationis auctoritate qua fungimur, diſtricte mandantes, quatenus a die preſentationis ſeu aſſignationis preſentium ad *quàdraginta dies* proxime ſubſequentes, que vobis pro primo, ſecundo & tertio termino perentorie aſſignamus, predictam *mille & quingentarum Marcharum* ſummam inter vos pro vobis & Clero veſtre Ciuitatis & Dioc. & dictos ſuffraganeos veſtros pro ſe ipſis & Cleris ſuarum Ciuitatum & Dioc. exemptis & non exemptis, *Ciſtercien.* Abbatibus, Abbatiſſis, perſonis, bonis & locis, *duntaxat exceptis*, prout ſecundum Deum & veſtrarum ac cuiusque dictorum Epiſcoporum & Cleri ſui facultatum exigentia expedire videbitis, ſuper quo conſcientiam veſtram oneramus, diuidere & conſignare cuilibet Epiſcoporum ipſorum infra dictum terminum procuretis, monentes Epiſcopos eosdem ac ipſis ſub excommunicationis pena, quam ipſos incurrere volumus & vos in eosdem auctoritate noſtra eciam proferatis in ſcriptis, ſi mandatum noſtrum in hac parte neglexerint adimplere, vt ab ultima die ſeu a fine prefati

termini quadraginta dierum ad duos menfes proxime fubfequentes, quem terminum fimiliter ipfis in primo, fecundo & tertio termino perentorie affignetis & nos ipfis ex nunc perentorie affignamus, quilibet ipforum Epifcoporum portionem pecunie de dicta fumma fe ac Clerum fuum contingentem & diftributam per vos fuo & Cleri fui nomine per fuum fpecialem nuntium fuo periculo deferende in Ciuitatem *Metenfem* Camere noftre vel . . . Priori aut eius Vicario & depofitariis conuentus fratrum Predicatorum dicte Ciuitatis Metenfis, fi ibidem non fuerimus, dari & folui faciat & integraliter affignari, Vosque fimiliter portionem pecunie vos & Clerum veftrum de fumma eadem contingentem veftro & Cleri veftri nomine per veftrum fpecialem nuntium veftro periculo deferendi fub pena predicta locis & perfonis memoratis folui faciatis & plenarie affignari.

Ceterum quia nolumus, quod vos & iidem fuffraganei veftri ex folutione dictarum *Mille & quingentarum Marcharum argenti*, quam nobis feceritis, dampnum vel grauamen aliquod incurratis, & quod aliqui ultra debitum aggrauentur, prefentium vobis & ipfis Epifcopis fuffraganeis veftris auctoritate committimus, vt Deum habendo pre oculis, vos portionem vos

con-

contingentem a Clero veſtre Ciuitatis & dioc. quilibet dictorum Epiſcoporum portionem ſibi & Clero ſuo per vos diſtributam a Clero ſue Ciuitatis & Dioc. a ſingulis videlicet exemptis, & non exemptis *predictis Ciſtercien.* Abbatibus & perſonis *duntaxat exceptis*, conſideratis eorum facultatibus diligenter pro rata ſuorum prouentuum cum iuſtis & moderatis expenſis, quas vos vel ipſos propter hoc ſubire contigerit, petere exigere ac recipere, Contradictores quoque ac rebelles, ſiqui fuerint, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcere valeatis, Ita tamen, quod vos pro rata veſtrorum prouentuum cum Clero veſtro & iidem ſuffraganei veſtri pro rata prouentuum ſuorum cum Cleris ſuis eciam contribuant, & quod ultra ſummam quemlibet veſtrum contingentem nullatenus exigatis. Nos enim ad predicta compellendum per cenſuram eccleſiaſticam ſuffraganeos ipſos & omnes & ſingulas eccleſiaſticas perſonas ſuarum dioceſium exemptas & non exemptas, predictis Ciſtercien exceptis, plenam vobis auctoritate preſentium concedimus facultatem, & nihilominus omnes & ſingulos, qui vobis vel ſuffraganeis veſtris in hac parte obedire neglexerint, ex nunc in hiis ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus. Vobis inſuper diſtricte mandantes, vt cuilibet ſuffraganeorum veſtrorum ſub ſigillo veſtro infra memo-

 ratum

ratum quadraginta dierum terminum presentium copiam destinetis, nobisque de ipsarum receptione per exhibitionem seu exhibitores presentium rescribentes.

Has siquidem litteras in Registro nostre Curie ad cautelam fecimus registrari, de quarum presentatione exhibitori seu exhibitoribus presentium nuntiis nostris dabimus plenam fidem. Datum apud *Nouum Castrum Tullensis diocesis*, V. Idus Septembris, anno Domini Millesimo, ducentesimo, octuagesimo septimo, apostolica sede vacante.

LXI.

RUDOLPHUS *Cæsar* HONORIO IV. *Papæ* promittit, se eius reformationem contra exorbitantes Germaniæ Episcopos strenue executurum. 1287.

(*Ex* GERBERTI *Cod. epist. Rudolphi Regis* pag. 183.)

Crescentibus semper augmento fervidæ charitatis igniculis, quas paterna præcordia erga filium singularem, quasi de camino jam copiose flagranti educunt, certa relatione menti nostræ sic est infusa diffusius, & interioribus nostris expres-

pressius est impressa vestri favoris benevola plenitudo, quibus nos vestra benignitas prosequitur incessanter, quod ex hoc ad laudis diuinæ Canticum gratulabundius exurgentes, ad redhibitionem gratuitam æterno Patri, Ecclesiæ suæ sanctæ, nec non etiam vobis, beatissime Pater, vehementer accendimur, & hac hominis utriusque potestate desiderabiliter excitamur, totum id, quod sumus & possumus, vestrts specialissime nutibus exponentes.

Porro in vestro prædicabili zelo justitiæ, velut in aromatum exquisita fragrantia delectati, pro eo videlicet, quod exorbitantes hucusque Pontifices & in deuium obliquatos, animaduersionis debitæ gladio perculistis, paternæ providentiæ pollicemur, quod si contingat ex eis fortassis quempiam, quantumlibet etiam nobis consanguinitate vel affinitate conjunctum, qui fuerint reprobati a Deo & per eos ecclesiæ suæ sanctæ *contra mandata vestra calcaneum indevotionis erigere*, ad illius superbiam edomandam, dummodo Sanctitati vestræ placuerit, volumus, cum persona. *a*)

K 5 LXII.

a) Die Widersetzlichkeit der meisten Bischöfe in Deutschland betraf die päbstliche Eintreibung des Zehenten

LXII.

Relatio HEINRICO AEpo ex Auſtria transmiſſa. S. d. & a. circ. 1287.

(*Ex autographo.*)

Reuerendo in Chriſto Patri & Domino ſuo kariſſimo HEINRICO venerabili ecclesie Maguntine Epiſcopo, VLRICUS de TUUERG *a*) ſpecia-

---

ten von allen geiſtlichen Einkünften. Dem Kaiſer Rudolf war ein Theil dieſes Geldes vom Pabſte zugeſagt, um zur Kaiſerkrönung ſeinen Zug nach Rom machen zu können. Da es aber ſcheinet, daß er zu der römiſchen Krönung nicht sehr Luſt gehabt habe, ſo mag es ihm auch mit Eintreibung des Zehenten nicht ſehr Ernſt geweſen ſeyn. Der Erzbiſchof Heinrich von Mainz, der im eigentlichen Sinne Rudolfs Erzkanzler, d. i. wirklich erſter Miniſter war, verhielte ſich ſehr politiſch dabei. Denn den Auftrag, den geiſtlichen Zehenten einzutreiben, wußte er von ſich abzulehnen, und ſchien das Geſchäft zu begünſtigen, brauchte aber keinen Ernſt, um es zur Ausführung zu bringen.

a) Dieſer Namen iſt eben ſo abgekürzt und undeutlich geſchrieben, wie jener oben Urkunde XXV. S. 61. und ſcheinet aus den Schriftzügen und allen Umſtänden eben derſelbe zu ſeyn. Ich glaube alſo, daß es Turiberg, Turberg oder Tyrberg heißen müſſe

ſpecialis ſuus ſeruitor in omni genere obſequendi promptum animum & fidelem.

Noua nulla digna relatione habemus in *Auſtria* niſi iſta, quod ad Curiam *Regis Romanorum* iam celebrandam expediuimus greſſus noſtros, ſtatim litteras ſereniſſimi *Regis Ungarie* recepimus continentes, quod conſilium & auxilium Regis Romanorum, immo *Ducis Auſtric b*) ſinceriſſime requiſiuit, & ſuper huiusmodi ambo Prin-

müſſe, dergleichen vorzeiten in der Schweiz lebten, und einer eben zu dieſer Zeit, nämlich im Jahr 1282 (bei Gerbert hiſt. Sylv. nigræ III. 202.) vorkommt. Der Vornamen in beiden iſt VLRICUS, und in beiden geſchieht Meldung von Ulrichs Sohn, im erſten in Betreff einer Heurath, im andern nur überhaupt von deſſelben Geſchäfte.

b) Schon ſeit 1282 hatte Kaiſer Rudolf ſeinem Sohn Rudolf das Herzogthum Oeſtreich zu verwalten übergeben, und von dieſem hauptſächlich verlangte der König von Ungarn Hilfe, worauf er auch um ſo mehr Anſpruch machen konnte, weil er vormals dem Kaiſer Rudolf wider den König Ottokar Beiſtand geleiſtet, und ſein Bruder, der Herzog Andreas von Sclavonien, eine Tochter Rudolfs geheurathet hatte. Sieh Schmidts Geſch. der Deutſchen B. VII. Kap. I. *Chron. Colmar.* pag. 45.

Principes in *metis* conuenient in . . . . *c*) proxima ſuper premiſſis vtique famulando.

Ceterum, ſecundum quod in litteris noſtris, Domino noſtro apoſtolice ſedis Legato *d*) miſſis, videritis, gratiam veſtram preſentibus requirimus & rogamus, vt iſtud negocium apud Dominum noſtrum Legatum velitis ducere nobis efficaciter ad effectum, vt ſuper premiſſis Dominum noſtrum venerabilem Prepoſitum *Neunburgenſem* ſtatuat iudicem & aduocatum.

Nouiſſime, promiſſum nobis de veſtra gracia factum, cum vobiſcum nuperrime fuiſſemus, dignitati veſtre ad memoriam reuocamus de filio noſtro, vt idem ad finem laudabilem perducatis. *e*)

LXIII.

---

c) Ein abgekürztes Wort, ſo nicht lesbar war, und vielleicht Kalenda heißen ſoll.

d) Es ſcheinet, daß das von Heinrich auf Rudolfs Geheiß zu Rom betriebene Heuraths-Geſchäft (Urk. XXV. S. 60) dem päbſtlichen nach Deutſchland geſchickten Legaten Johann Biſchof von Tuskulum übergeben worden ſey, und deswegen der Turberg den Erzbiſchof um ſein Vorwort bei dem Legaten gebeten habe, weil er ſchon zuvor dieſes Geſchäft zu Rom betrieben hatte.

e) Weder Tag und Jahr noch Ort iſt zwar angemerkt, dennoch ergiebt ſich das Jahr 1287 daraus, daß dieſes

LXIII.

Christine, die hinterlassene Wittib des Apothekers Willekin zu Mainz, schenkt dem Domstift allda ihren Hof nebst einer Apotheke und 4 andern Häusern zu einem Jahrgedächtniß. 17. März 1288.

(*Ex autographo.*)

Tenore presencium omnibus innotescat, quod CHRISTINA relicta quondam WILLEKINI *Apothekarii a*) *ciuis Magunt.* compos mentis sue & per Dei graciam competenter valens in corpore suo, deliberato animo, pro ipsius & predicti mariti sui animarum remedio, ac precipue propter Deum, de uniuersis bonis suis, tam mobilibus quam immobilibus ordinatam & legalem imo

---

dieses Schreiben an den Erzb. Heinr II. und zwar nicht sogleich nach dessen Regierungsantritt erlassen worden, wie alle Umstände beweisen. In Betreff des Ortes erhellet aus der Urkunde selbst, daß das Schreiben in Oestreich, vermuthlich in Wien, erlassen ist.

a) Das Wort Apotheker hatte vormals einen mehr ausgedehnten Sinn als dermalen, indem man die heutigen Spezereihändler, Apotheker und Materialisten, deren Geschäfte noch nicht von einander getrennt waren, dadurch verstanden hat.

imo puram donacionem talem fecit, bona eadem locis & perſonis ſubſcriptis inter viuos factam, poſt eius obitum conferendo, videlicet Domin.s . . . Decano & Capitulo *Maioris Eccleſie* Magunt. *mediam partem curie ſue*, quam inhabitat, ſi tamen ipſam ultra neceſſitatem vitæ ſue uſque ad ſuum obitum poterit obtinere. Item *quatuor domos* ſub uno tecto contiguas, ante prefatam Curiam eius ſitas. Item *Apothecam lapideam* iuxta *Maiorem Eccleſiam* ſitam: *b*) predicti autem Domini Decanus & Capitulum, de ſupradictis domibus & Apotheca, filie prefate CHRISTINE . . . Moniali in *Gummersheim* poſt eiusdem CHRISTINE obitum, ſingulis annis quamdiu vixerit, duodecim maldra ſiliginis Magunt. menſure miniſtrabunt, de alia vero media parte ſupradicte Curie ſue, quam inhabitat, viginti marcas denar. Aquen. prefato Monaſterio in *Gummersheim* dandas, poſt eius obitum deputauit, quod autem reſiduum fuerit de ipſa curia, apud Capitulum & predictos Dominos remanebit.

Iidem quoque Domini, de ſupradictis bonis ſibi legatis & datis, nec non de quatuordecim marcis

---

b) Es ſcheinet, daß Willekin die obgedachten Häuſer alle oder einen Theil derſelben auf dem Marktplatze am Paradies gebauet habe, wovon die Urkunde bei JOANNIS R. M. T. II. p. 275 ſpricht.

marcis ipſis, apud Decanum ſancti *Victoris* iam nunc deputatis duo *anniuerſaria*, unum in memoriam ſupradicti WILLEKINI mariti eius, & aliud in memoriam ipſius CHRISTINE, ſicut occurrunt, cum debitis preſenciis prout melius poterunt, ordinabunt. Inſuper lumen unius lampadis nocturno tempore in Capella ſancti *Johannis minoris*, in honorem & veneracionem decem milium Martyrum, perpetuo procurabunt. *Confraternitati* eciam duas marcas poſt obitum eius dabunt. Predicta vero CRISTINA ſe & vniuerſa bona ſua ſub protectionem & defenſionem Dominorum predictorum iam nunc per omnia taliter ſe commiſit, quod ipſi in quibuslibet cauſis & impeticionibus quorumcunque ipſam contingentibus gracioſe foueant, promoueant & defendant. Sororem quoque ſuam, ſi eandem poſt eius obitum viuere contingat, predictorum Dominorum gracie ſpecialiter recommendat, ita quod eidem in neceſſariis gracioſe debeant prouidere, quod ipſi & facere promiſerunt.

Elegit autem memorata CRISTINA Manufideles expreſſe & nominatim viros honorabiles Dominos E. *) *Scolaſticum* & E. **) *Archipres-*

*) EMERICUS de *Schoeneck*. **) EMERCHO.

presbyterum Magunt. ad exequendum & diſponendum uniuerſa & ſingula ſupradicta, Eisdem *Manufidelibus* in eorum animas recommendando, quod quicquid de vtenſilibus domus ſue ipſa CRISTINA vita viuens ordinauerit & diſpoſuerit, locis & perſonis quibus deputata fuerint, poſt eius obitum cedere permittant.

De aliis vero bonis ſiqua reperta fuerint, ad opus *Maioris Eccleſie* unam marcam, ad opus Eccleſie ſancte *Marie de gradibus* unam marcam, ad ſanctum *Gingolſum* unam marcam; fratribus *Predicatoribus* dimidiam marcam, fratribus *Minoribus* dimidiam marcam, fratribus Sti *Auguſtini* dimidiam marcam, & ad Monaſterium Ste *Agnetis* dimidiam marcam dandas deputauit. Et ſique ulterius remanſerunt, de hiis ordinabunt & diſponent ea, que ſaluti animarum dicte CRISTINE & ſui mariti nouerint potiſſimum expedire.

Supradicte donacioni & largacioni memorata Cristina ſpecialiter hoc incluſit, quod ipſa de omnibus bonis eius antedictis, non obſtante donacione & ordinacione prehabita, ſue neceſſitati & indigencie de ipſis poſſit & debeat prouidere.

Acta ſunt hec coram DUDONE *Judice* in figura judicii ſecularis ſupradicto Domino E.

Sco-

Scolastico, Domino OTTONE de *Rudensheim* & Dnö JOANNE *Camerario*, suscipientibus donacionem predictam de Manu JOHANNIS de *Liechenstein* dicte CRISTINE *Mundiburdi* loco & nomine *Ecclesie Maguntine*.

Testes & affuerunt JOANNES de *Stellà* JACOBUS frater suus, LUDEWICUS ad *Ockecile*, ORTLIBET filius Sculteti, DILMANNI de *Clipeo*, CONRADUS de *Speculo*, JOHANNES de *Sporta* & HENRICUS de *Cirle* Ciues Magunt. Anno Domini M. CC. LXXXVIII. feria quarta post Dominicam Judica. *c*)

c) An demselben Tage ist der Erzbischof Heinrich II. gestorben, und hat also von dem Tage seiner Ernennung an, nur ein Jahr, 10 Monate und 8 Tage erlebt.

Elenchus reliquarum litterarum historiam HEINRICI II. *AEpi illustrantium, alibi modo editarum.*

I. 1286. 9. Aug. HEINRICUS AEpus gratias & libertates Ciuitatis Magunt. confirmat. SENKENB. *Meditat.* p. 495. WURDTW. Nov. ſubſ. dipl. IV. p. 44. in præfat. mit der Auffſchrift: „Hie confirmirt Biſchof Heinrich Kugelmann das Privilev Biſchof Sifrides."

II. — 8. Novemb. Conſenſus eiusdem de decimis feudalibus in Steinbach & Huntheim ad eccleſiam Aſchaffenburgenſem transferendis. GUDEN. *Cod. dipl.* I. 818.

III. — 16. Jun. Magiſtratus Erfordenſis Comitatum Vieſelbach ab Hermanno de Huſingrode emtionis titulo acquirit. LUNIG *P. ſpec. Cont.* IV. Th. II. Forts. 433.

IV. — 20. Sept. Albertus junior Comes de Gleichen Civitatem Erfordenſem de Comitatu in Viſelbach inveſtit. LUNIG *ibid* p. 434.

V. 1287. 23. Jan. Albertus Thuringiæ Landgravius conſentit, quod Heinricus AEpus

AEpus castra & possessiones emere & firmare possit in terminis Landgraviatus Thuringiæ. GUDEN. *Cod. dipl* I. 819.

VI. 1287. 15. Febr. Heinrici AEpi Constitutio circa quasdam parochias Walkenriedenses. LECKFELD *Antiquit. Walkenried.* p. 140.

VII. — 25. Febr. Tres Landgravii Thuringiæ renuntiant omni juri & actioni in Castra *Gleichenstein*, *Scharphenstein* & *Birkenstein*, quæ Heinricus AEpus Ecclesiæ Moguntinæ comparavit. GUDEN. *Cod. dipl.* I. 820.

VIII. — 4. Mart. Compactata Heinrici AEpi cum Civitate Erfordensi. LUNIG. *ibid.* p. 434.

IX. — 12. Mart. Heinricus Misnensis & Orientalis Marchio renuntiat omni juri in Castrum *Gleichenstein*, in favorem Heinrici AEpi. GUDEN. *ibid.* 821.

X. — 23. & 30. Mart. Reichsabschied zu Erhaltung des allgemeinen Landfriedens, auf dem Reichstage zu Wirzburg. LEHMANN Speier. Chronick S. 555. DUMONT

Corps diplom. I. 272. LUNIG Reichsabsch. P. spec. Cont. I. p. 1.

XI. 1287. 25. Mart. Heinricus AEpus consentit in declarationem Rudolfi Imp. quod ULRICUS de *Münzenberg* sit ab utroque parente de nobili genere natus. Datum in Concilio Herbipol. LUNIG. *P. spec. Cont.* II. 522.

XII. — 9. Maij. RUDOLFUS Imp. Judæos in partibus Thuringiæ, Marchiæ & Misniæ Heinrico AEpo defendendos & gubernandos committit. GUDEN. *Cod. Dipl.* II. 254.

XIII. — 12. Maij. Qualiter Fratres ordinis Theutonicorum legationes Heinrici AEpi suscipere tenentur. GUD. *ibid*, III. 1166.

XIV. — 5. Jul. Judices S. Mogunt. Sedis sententiam contra Abbatem montis S. Dissibodi a se latam rescindunt. JOANN. *Spicil.* p. 181.

XV. — 26. Jul. Heinricus AEp. Castrum *Hardemberg* Diderico de Hardemberg Frid. de Rostorp & Ditmaro in pignus & custodiam tradit. WURDTW. *N. subs. dipl.* T. V. p. 5. in præf.

XVI. 1287. 22. Aug. Civitas *Fritzlarienſis* conſentit, ut Heinricus AEpus, confirmatis libertatibus eiusdem Civitatis, novum Caſtrum intra muros ædificare poſſit. GUDEN *ibid.* I. 832

XVII. 1288. 25. Jan. Fr. Heinricus AEpus Ludovicum de Iſenburg in caſtrenſem caſtri *Ameneburg* aſſumit. GUDEN. *ibid.* I. 835.

XVIII. — 16. Jan. Heinricus AEpus eccleſiam S. Agnetis Moguntiæ viſitantibus & eleemoſynam eidem largientibus XL dierum indulgentias elargitur. WURDTW. *N. ſubſ. dipl.* V. p. 8. in præfat.

XIX. — Gebhardus Præp. S. Victoris Vicario eccleſiæ paroch in *Bickenbach* augmentum ſuſtentationis conſtituit, eo quod ex nova conſtitutione Heinrici AEpi Sacerdotibus haud amplius licet duas Miſſas quotidie celebrare. GUDEN. *Cod. dipl.* III. 762.

LXIV.

Amicabilis compoſitio Eccleſiæ *S. Albani* cum Militibus de *Larheim* & de *Neſene*, ſuper decimis, feodis & aliis juribus in *Neſene ſuperiori*. 1288. die 16. Nov.

(*Ex autographo*)

Noverint univerſi litterarum preſentium inſpectores tam poſteri quam preſentes, quod cum inter nos Abbatem & Conventum Monaſterii *S. Albani* extra muros Moguntinos ex una parte, & *Marcolſum* filium quondam *Marcolfi* de *Larheim* Militem ac *Marcolſum* filium quondam *Marcolfi* de *Neſene* ſuosque coheredes ex parte altera, ſuper articulis ſubnotatis diutina queſtio verteretur, tandem inter nos & eos interceſſit compoſitio amicabilis in hunc modum, quod nos Abbas & Conventus Monaſterii *S. Albani* predicti locavimus ſive conceſſimus Decimam noſtram in *Neſene ſuperiori Marcolſo* de *Larheim* Militi, *Bernhardo* & *Ludewico* fratribus ſuis, ac *Ruperto* filio dicti *Marcolfi*, & *Marcolfo* de *Neſene*, *Heinrico* & *Dethardo* fratribus ſuis, & ſi ipſum *Marcolſum* de *Neſene* matrimonium contrahere contigerit, filio ſuo ſeniori de eodem matrimonio genito, ad dies vite ipſorum pro certa penſione, videlicet primo anno nobis *octoginta maldra* annone Maguntine menſure, ſecundo

cundo *septuaginta* & tertio *sexaginta*, quam pensionem solvent singulis annis infra assumptionis & nativitatis beate Marie Virginis duo festa, & eandem pensionem Maguntie ad nostrum Monasterium suis expensis & periculis presentabunt, post mortem vero ipsorum ipsa Decima cum suis pertinentiis ad nostrum Monasterium revertetur. Ex ista pensione singulis annis sunt triginta maldra tritici, & reliquum est siligo.

Dicti etiam *Marcolfus* & *Marcolfus* ac ipsorum heredes, sicut ex antiquo habuerunt, decem & septem maldra siliginis Maguntine mensure ex predicta pensione a nobis in feodo obtinebunt. Item domum munitam in pede montis *Nesene* sitam de novo constructam cum spatio tanto, quod circa domum eandem capere possit sepem, *Marcolfo* de *Nesene* duntaxat & heredibus suis concessimus titulo feodali, quod vulgariter dicitur zum Erplehene Lehene. Item montem in *Nesene* cum vineis, silvis, domibus, curiis in eodem monte sitis, concessimus dictis Marcolfo & Marcolfo ac fratribus eorundem in feodo, quod vulgariter dicitur zum menlicheme Lehene, hac adjecta conditione, ut si aliqui census de vineis, domibus, curiis in eodem monte sitis ab antiquo de jure nobis debentur, sine qualibet contradictione nobis in posterum persolvantur.

 Item

Item si aliquis vel aliqui ibidem in vineis, domibus, curiis sive bonis aliis quibuscunque nobis & ecclesie nostre dare vel legare voluerint, dicti Marcolfus & Marcolfus ac ipsorum heredes non impedient nec prohibere debent, sed consensum liberum adhibere, ita tamen, quod quidquid juris in eisdem bonis ratione census vel Advocatie habere poterunt, obtinebunt.

Item officium Sculteti supradictis *Marcolfo* Militi de *Larheim*, *Ludewico* & *Bernhardo* fratribus suis, *Marcolfo* de *Nesene*, *Heinrico* & *Dethardo* fratribus ipsius concessimus ad dies vite ipsorum, ita quod post mortem ipsorum, de ipso officio disponendi sive ordinandi liberam habebimus facultatem: & ipsi per idem tempus videlicet ad dies vite ipsorum, emendas & obventiones, que pro excessibus temerariis sive censibus non solutis sive etiam qualitecunque provenerint, habebunt. Cum autem ipsum officium per mortem ipsorum ad nos redire contigerit, quidquid juris in emendis & excessibus temerariis ratione advocatie heredes ipsorum habere poterunt, obtinebunt.

Preterea Hube decedentium sine heredibus tam virorum quam mulierum, vel que propter canonem non solutum fuerint publicate, ad jus

&

& proprietatem ecclesie nostre sine contradictione ipsorum qualibet devolventur; ita tamen, quod quidquid juris *ratione Advocatie* in ipsis Hubis dicti *Marcolfus* & *Marcolfus* & eorum heredes habuerint, obtinebunt.

Ceterum homines ecclesie nostr circumquaque in villis vel locis aliis existentes sepedicti *Marcolfus* & *Marcolfus* ac fratres ipsorum nomine suo ac coheredum suorum nobis taliter resignarunt, ita quod nihil juris sive actionis in ipsis hominibus habebunt, nisi quod ratione Advocatie de jure habere debebunt. Censum etiam capitalem iidem homines solvere nobis debent, quem per nos sive nostros nuntios requiremus.

Renuntiamus insuper edificiis nobis a sepedictis *Marcolfo* & *Marcolfo* & heredibus eorundem in nostra dominicali curia faciendis, quam si reedificare voluerimus, ad hoc contradictione ipsorum & alterius cujuslibet non obstante, habebimus & habere debebimus liberam facultatem.

In quorum omnium & singulorum evidentiam premissorum & perpetuam firmitatem sigillis nostris & ecclesie nostre, ecclesie *Limburgensis*, nobilium virorum *Adolfi* de *Nassauwe*,

 Ger-

Gerhardi de *Ditse* Comitum, Domini *Gerlaci* de *Limburg*, *Heinrici* dicti *Speth* ac *Hermanni* de *Turri* Militum, presentem litteram fecimus communiri.

Nos quoque Decanus & Capitulum ecclesie *Limburgensis*, *Adolfus* Comes de *Nassauwe*, *Gerhardus* Comes de *Ditse*, *Gerlacus* dictus de *Limburg*, *Heinricus* & *Hermannus* Milites supradicti ad petitionem partis utriusque sigilla nostra apposuimus huic scripto in testimonium omnium premissorum.

Acta sunt hec anno Domini M CC.LXXXVIII. feria tertia proxima post festum beati Martini. *)

LXV.

GERHARDUS II. Archiepiscopus *Mogunt.* quatuor officia Civitatis *Erfordensis* elocat, ut debitis in curia Romana contractis satisfacere possit. 24. Novemb. 1289.

(*Ex autographo.*)

Nos GERHARDUS Dei gracia *sancte Magunt. sedis* Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Ar-

*) *Appendebant octo sigilla.*

Archicancellarius, recognoſcimus preſentibus ac conſtare cupimus uniuerſis, quod cum dilecti nobis GEBEHARDUS Decanus Magunt. & nobilis vir GODOFRIDUS Dominus de *Eppenſtein* Germanus noſter, cum pleno mandato & poteſtatis plenitudine, ex parte noſtra, & pro expediendis noſtris & eccleſie Maguntine negotiis, *Erfordiam deſtinati*, propter neceſſitates urgentes & *grauia onera debitorum* noſtrorum in *Romana Curia* contractorum DIELONI de *Sachſen*, HEINRICO de *Biltersleiben* . . . Magiſtris & Conſulibus Erforden. *monete*, *Magiſtratus fori*, *Ciuitatis* & in plorali *Scultetorum* officia, *Oppidi noſtri* predicti, vice & nomine noſtro, per *ſex annos continuos*, qui in feſto beati Martini proxime preterito currere inceperunt, locauerint & conceſſerint obtinenda cum ſuis iuribus & pertinentiis uniuerſis, ita videlicet, quod prefati Magiſtri & Conſules, qui pro tempore fuerint, predicta *quatuor officia*, quatuor certis perſonis & Ciuibus eorundem committere tenebuntur, que inquam perſone huiusmodi officia regant taliter & conſeruent, quod iura noſtra & Eccleſie Maguntine proinde non minuantur aliqualiter vel ledantur. Predicti quoque Magiſtri & Conſules, pro eisdem officiis, *octingentas Marcas* argenti uſualis . . . . . *Thuringie*, nobis . . . ſucceſſori noſtro vel eccleſie

Magunt.

Magunt. ſi de nobis humanitus acciderit aliquid, dabunt & ſoluent in Dominica quadrageſimali, qua cantatur *inuocauit*, proxime nunc ventura.

Nos, quod per prefatos GEBEHARDUM Decanum & GODEFRIDUM Germanum noſtrum ſuper locatione & conceſſione officiorum huiusmodi, in hac parte factum exiſtit, de conſenſu Capituli noſtri Maguntini, ratum habentes & firmum, illud approbamus & preſentibus litteris innouamus, quas noſtro & Capituli noſtri ſigillorum munimine roboratas dari fecimus in teſtimonium veritatis Nos etiam GEBEHARDUS Decanus, EMERCHO Scolaſticus, totumque Capitulum Maguntinum teſtimonium noſtri conſenſus voluntarii adhibiti in premiſſis, Sigillum Capituli noſtri preſentibus duximus appendendum.

Datum . . . . . . *Magunt.* VIII. Kal. Decembr. anno Domini M. CC. LXXXnono. Pontificatus vero noſtri anno primo. *a*)

---

a) Dieſe Urkunde iſt ein neuer Beweiß von der damaligen grußen Geldſchneiderei des römiſchen Hofes; indem der Erzb. Gerhard dieſen Kontrakt gemacht hat, um die ſchwere am römiſchen Hofe gemachte Schuldenlaſt zu erleichtern.

LXVI.

LXVI.

Friderich von *Leiningen*, Gotfrid *Wildgraf*, Georg und Conrad *Raugraven*, Georg von *Veldenz* und Wirich von *Daun* verſprechen dem Erzb *Gerhard* von Mainz wider alle Feinde drei Jahre lang beizuſtehen. 25. December. 1298.

(*Ex Autographo.*)

Imme namen des Vater, unde des Sunes, unde des heyligen Geyſtes. Wir *Friderich* von Linigen, *Gotfrit* Wildegraue, *George* und *Cunrat* Rugrauen, *George* von Veldence di Grauen von Gotes Gnaden, unde *Virich* von Dune der Herre, tun kunt allen den, die diſen brief ſehent oder horent, das wir unſerm erſamen Vater unde unſerem lieben Herren Erzebiſchofe *Gerharde* von Megentze gelobet haben unde geloben an diſem keynwerten briefe bi der Truwe an des Eydes ſtat, das wir yme zu allen ſinen rechten ſachen wider alle di yme oder ſime ſtifte, an yme oder andern mannen, Burghmannen oder Lüten gewalt oder unrecht tun, mit all unſer macht, unde mit rechten unde gantzen truwen, ane alle geverde unde argeliſte, ſullen zu helfene komen, wi dicke, wanne, unde ware her, mit briefen oder mit Boten das von uns eyſchet, unde ſo wilich unſer dar wider tete, oder vorſümig were, der ſal ſine truwe unde ſine warheyt verloren haben.

Unde

Unde des zu einme urkunde haben wir mit bedachten mude disen keynwerten brief gegeben unde besigelit mit unsern Ingesigelen, der sal weren von diesceme tage obir drü jar. Dise rede ist geschein unde dise brief wart gegeben zu *Megence* an des heyligen Cristes tage, dô man zalte von Gotes Geburte zwelifhundert nünzig unde echte jar.

LXVII.

Cives quidam *Oppenheimenses* renuntiant omni actioni contra GERHARDUM A. Mog. ipsis competenti. 25. Januar. 1299.

(*Ex autographo.*)

Reuerendo Patri ac Domino G. *Sce Magunt.* Sedis Archiepiscopo, sacri Imperii per Germaniam Archicancellario, HART. Scultetus, . . . Consules & ceteri ciues OPPINHEIMENSES debitam reuerentiam cum obsequiorum promptudine indefessa.

Dominationi vestre pandendum duximus harum serie litterarum, quod in nostra constituti presentia, viri discreti, ECKILMANNUS, WERNHERUS & LUTZO fratres, nostri conciues

ciues & coincole, debitis uniuerfis, in quibus eisdem tenebamini, nec non fideiufforibus fibi proinde conftitutis, atque petitioni dampnorum, que fibi vel ipfis fideiufforibus, fiue ex mora folutionis, fiue comeftionibus vel expenfis, que ATZUNGE vocantur, vel caufis aliis accreuerunt quibuscunque, prefatorum debitorum pretextu, nec non omnibus & fingulis documentis, cautionibus ac litteris obligatoriis, per vos aut veftro nomine fibi datis, renuntiarunt fpontanee, liberaliter & precife.

In huius itaque renuntiationis euidens teftimonium, prefentes litteras figillo noftro pendulo fecimus communiri. Datum anno Dni Mill. CC. nonagefimo nono, fefto conuerfionis S. Pauli.

LXVIII.

FRIDERICUS Epifcopus *Argentinenfis* GERHARDO Archiep. *Moguntino* obedientiam promittit. 1299. 17. Sept.

(*Ex autographo.*)

Nos FRIDERICUS Dei Gratia *electus Argentinenfis.* Vt inter reuerendum Patrem & Dominum noftrum, Dominum GERHARDUM *Archiepifcopum Maguntinum*, eius ecclefiam,

nos

nos & ecclesiam *Argentinensem* predictam debite karitatis vinculum indissolubiliter perseueret, sponte promittimus, & nos presentibus obligamus iuramento prestito corporali, quod nos nunc & semper, etiam cum promoti fuerimus vlterius, ex virtute pretacte nostre electionis, omnia mandata supradicti Domini Archiepiscopi, successorum suorum & . . . Judicum sancte sedis Maguntine suscipiemus cum reuerentia & executioni debite mandabimus, fideliter curaturi & diligentius effecturi, vt hoc idem fiat a Prelatis, subditis, & Clericis & Laycis Ciuitatis & Dyoc. Argentin. predicte.

Item, eos, qui ad prefatum Dominum Archiepiscopum, eius successores vel ad Judices sancte Magunt. sedis hactenus appellarunt aut appellauerint in quacunque causa, in prosecutionibus suarum appellationum non impediemus, nec etiam permittemus ab aliquo vel aliquibus contra iustitiam impediri, cum obedientia & reuerentia *sancte Visitationis officium*, quod idem Dominus Archiepiscopus, vel successores eius, per se vel per alios ydoneos, quando & quotiens in prefatis Ciuitate & Dyocesi, in clero & populo, vel in Capite vel in membris, coniunctim vel diuisim *auctoritate Metropolitica* instaurare voluerint, iuxta sacrorum

rum Canonum inſtituta humiliter ſuſcepturi & facturi omni dolo & fraude prorſus excluſis, vt hoc idem a noſtris ſubditis preſentibus & futuris ſimiliter obſeruetur & debitum ſortiatur effectum. Nos antedictum Dominum Archiepiſcopum, ſucceſſores eius, vel eccleſiam eius in ſuis neceſſitatibus, ullo unquam tempore deſeremus, ſed eis pro toto poſſe noſtro contra ſuos iniuriatores conſiliis & auxiliis fidelibus aſſiſtemus.

In cuius rei certitudinem ampliorem rogamus ſereniſſimum Dominum ALBERTUM *Rom. Regem* Dominum noſtrum kariſſimum, vt ſue Typarium Maieſtatis apponi faceret huic ſcripto, quod & ſigillo noſtre Prepoſiture Argentinenſis tradimus conſignatum. Nos quoque ALBERTUS *Rom. Rex* ſemper Auguſtus rogatus per Electum predictum preſentem litteram *noſtro Typario Maieſtatis* fecimus communiri, ad premiſſorum quibus interfuimus, perpetuam firmitatem. Datum & actum *Argentine* anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, XV. Kal. Octob.

(L. S.) || (L. S.) ||

LXIX.

Vier Bürger von BASEL versprechen, die Burg WARTENBERG so lange zu verwahren, bis dem Rath zu *Basel* 300 Mark Silber bezahlt sind. 10. Jun. 1301.

(*Ex autographo.*)

Wir HUG, CHUNS, SCHUFTER und WERNHER gebrüder *zer sunnen*, Burger von *Basile* tunt kunt alremenlicheme, daz wir uns des erkennet und och veriehent, und darzu zen heiligen hant gesworen, das wir die vorder und die mittel Burg ze WARTENBERG, den *dinghof* ze *Mürtenze* und swaz darin hört, die *Hart* und swaz darzu höret, mit ganzem flisse, und mit guten truwen sullent behüten und bewaren, und sullent sie niemer von unser hant, noch von unser gewaltsamen verlan, vüs an die stunde, daz ein Burgermeister, ein Rat, und die Zunftmeistre von *Basile* gewert werden drü hundert marg silbers, luters nud lötiges, Basiler geweges, die sie uf das vorgenannte gut verlühen hant, wer abir, das, da vor got si, das wir die vorgenante Burge oder gut, ane eins Burgermeisters eins Rates, und der Zunftmeister von *Basile* wille, von unser hant, oder von unserme gewalte liessent iemanne, mit geuerde, das ein Rat und die Zunftmeistre für geuerde erkanden, so sin wir inen schuldig, uner-

unnerscheidenliche, die drühundert marg silbers, so da vorgeschriben stant, und gelobent, und hant inen gelobt, das selbe silber ze gebende und ze geltende, in dem nehsten Manode da nach, so es von iren wegen an uns geuordert wire, teten wir dies nicht, so sullen wir uns alle, oder die danne lebent, antworten ubir Ein, in die *minren Basilè a)* bi dem eide, so wir dar umbe hant gesworen, nach dem manode in den nehsten achte tagen zu leistende in *offenre Wirtehyser*, und sullent bi demselben eide niemer von der stat komen, vüz wir das silber, so da vorgeschrieben stet, dem Burgermeister, dem Rate, den Zunftmeistern von Basile ganzlich hant vergolten und gar, und binden uns und unser erben, ob wir nicht weren bime eide und bi guten truwen ze allen den Dingen, so da vorgeschriben stant. Wir hant uns ouch verzigen einhellicliche mit ganzeme Rate fur uns und unser erben, alles des rechtes, geistlichs, weltlichs, gewönlichs Lantrechtes, damit wir oder unser erben lidig möhten werden der eide und der gelubde, so da vor gescriben stant, und har umbe seiner ganzen sicherheit, so han wir disen brief

 mit

a) Minderbasel, das ist, der kleinere Theil von Basel auf der rechten Seite des Rheins.

mit unsern ingesigeln besigelt. Diz geschach und dure brief wart geben ze *Basile*, do man zalte von gottes geburte drüzehen hundert Jar, darnach in dem ersten Jare, an sante Barnabas abende des zwelfbotten.

A tergo. Priuilegium de Castro Wartenberg.

LXX.

Qualiter HEINRICUS Comes de *Honstein* captivationem duorum Judæorum sui conductus non vindicabit. 18. Jul. 1303.

(Ex autographo.)

HENRICUS Dei gratia Comes iunior de *Honsteyn*, notum fieri cupimus vniuersis has litteras inspecturis, quod illis hominibus, qui *iudeos*, videlicet *Michelen* & *Kopfelin* iu nostro conductu *Slinena a*) captiuarunt, nullam indignationem adhibere volumus propterea, vel ranconem imponere quoquo modo.

Huius rei siue promissionis testes sunt strenui milites & famosi, EILERER de *Rothusin*, AL-

---

a) Hoc vocabulum forte aliter legendum est, propter similitudinem linearum exprimentium i, n, m, & u.

ALBERTUS de *Rothusin*, THEODERICUS de *Wurisleybin* & CURADUS *Weyger* & quamplures alii fide digni. Ob huius rei certitudinem & euidentiam pleniorem presens scriptum dedimus sigilli nostri munimine fideliter communitum. Anno Domini Mill. CCCIII. XV. Kalen. Augusti, feria quinta Arnolfi. *b)*

LXXI.

HERTNIDUS Abbas in *Breitungen* GERHARDO A. M. excusatorias mittit, quod ob persecutiones suorum Monachorum personaliter comparere non possit. 10. Dec. 1303.

(*Ex autographo, appendente magno sigillo.*)

Reuerendo in Christo Patri Domino suo, Domino GER. *) Archiepiscopo *Magunt.* HERTNIDUS Dei gracia Abbas Monasterii in *Breitingen*, cum debita reuerentia, orationum suffragia deuotarum.

 Pater-

b) Von diesem Grafen HEINRICH von *Hohenstein*, sieh HOCHE's Geschichte der Graffschaft Hohenstein S. 74. u. folg.

*) GERHARDUS II. Archiepiscopus ab an. 1289 usque 1305.

Paternitatis veſtre mandatum audiuimus in feſto S. Nicolai, quod in craſtino beate Lucie debemus in veſtra preſentia comparere, verum quia pro debilitate & pro metu corporis, qui poteſt cadere in conſtantem, videlicet propter inſidias LUDEWICI & GOTSCHALCI fratrum Monachorum noſtrorum & amicorum ſuorum, qui nobis inſidiantur inique, veſtram adire preſentiam non poſſumus nec audemus, REINHARDUM plebanum de *Lapide* exhibitorem preſentium procuratorem & excuſatorem noſtrum veſtre reuerende paternitati transmittimus, dantes ei plenam & liberam poteſtatem iuramento in animam noſtram preſtito, noſtram ex cauſis premiſſis abſentiam excuſandi, locum tutum petendi & terminum competentem, & omnia pro nobis, que expediunt faciendi, ratum habituri & firmum, quidquid pro nobis factum fuerit per eundem. Dat. IIII. Id. Decembris, Anno Domini M. CCC. tertio. (10. Decemb. 1303.) **)

**) Breitungen war ein Kloster in Hessen, Benediktiner-Ordens. Conf. KUCHENBECKER annal. Haſſ. col. 12.

LXXII.

LXXII.

ALBERTUS Dux *Brunſwic.* PETRO Archiepiſcopo Mog. ſcribit, quod *captivos* dimittere velit, dummodo ei caveatur de non inferendo damno. Circ 1306.

(*Ex autographo.*)

Reuerendo in Chriſto Patri Domino ſuo PETRO ſancte *Maguntine ſedis* Archiepiſcopo, Dei gratia ALB. *) Dux in *Bruneſw.* cum omni reuerentia ſeruitii ſui promptitudinem indefeſſam.

Reuerentie veſtre duximus intimandum, quod medio tempore, quo plures vobis direximus litteras noſtras, quod pro captiuitate Domini Wernh. de Gunerode offic. veſtri vellemus omnia facere, que debentur veſtre voluntati complacere, Ciues veſtri de *Fritzelar* ac alii veſtri homines, oppidum noſtrum & caſtrum *Gudenſperch* obſiderunt nobis malum & dampnum que poſſunt machinantes, adhuc cum parati ſumus ciues captiuitatis ſue ſolutionem veſtris deſideriis complacere, dummodo caueatis nobis, ne per veſtros homines &

 ſub-

*) Albertus pinguis Herzog zu Braunſchweig, geſtorb. 1318.

ſubditos aliqualiter infeſtemur & ne nos & noſtri homines ratione predicte captiuitatis quomodolibet moleſtemur, cum pro tantillo nolimus veſtram ingratitudinem ſuſtinere. Que igitur in premiſſis veſtre intentionis fuerint, nobis petimus finaliter veſtris litteris veniam dari. Datum *in placitis* apud *Lantgrevenhagen.* **)

LXXIII.

PETRUS A. Mog. quasdam pecunias de beneficiis vacantibus collectas WILHELMO de *Graswege* aſſignat. 1307. 12. jun.

(*Ex autographo.*)

Nos PETRUS Dei gracia Archiepiſcopus *Magunt.* vobis S. Petri & S. Marie ad gradus eccleſiarum Magunt. Scolaſticis preſentibus committimus & mandamus, ut WILHELMO militi de GRAS-

---

**) Es iſt zwar kein Tag und Jahr in dieſem Briefe bemerkt; allein aus dem, was de Guden. Cod. dipl. Tom. I. pag. 989. meldet, iſt zu ſchließen, daß die Gefangenen, um deren Befreiung ſich der Erzb. Peter verwendete, unter der Regierung des Erzb. Gerhard gemacht worden ſind. Dieſer Brief gehört alſo ins erſte Regierungsjahr des Erzb. Peter.

GRASWEGE, quidquid de beneficiis per Prepofituram S. Victoris extra muros Magunt. vacantibus vel vacaturis recipere vos contigerit, ex ea parte Reni, qua dicta S. Victoris ecclefia fita eft, in folucionem debitorum fuorum noftro nomine affigne is, quousque fibi de *quadraginta marcis den. Colon.* fuerit fatisfactum. Datum *Magunt.* Anno Dni Mill. CCC. VII. VI. Kal. Julii. *a*)

LXXIV.

EBERHARDO de *Breuberg* refertur, quod fic dicta *Kuntfchaft* illorum de RUDT ab illis de DURN proveniat & ad proprietatem ecclefiæ Moguntinæ fpectet. 1310. 6 Jun.

(*Ex autographo.*)

Nobili viro Domino EBER. de *Bruberg* Aduocato Prouinciali, HEROLDUS de *Hainftat* DYTHERUS dictus *Pfil* Milites quidquid poterunt feruitii & honoris.

 Do-

a) CLEMENS PP. V. anno 1306 PETRO A. Mog. ad relevandam debitorum farcinam proventus primi anni omnium beneficiorum cum vel fine cura vacantium ad triennium concefferat, (WURDTW. *Dipl. Magunt.* II. 7.) quorum partem PETRUS in his litteris affignat.

Dominationi veſtre ſignificandum duximus per preſentes, quod ſicut a vobis recepimus in commiſſo, de ſtrenuis viris dictis RUDE, quis eos in poſſeſſione proprietatis hucuſque deduxerit in communi notitia que vulgariter *Chuntſchaſt* dicitur, inquiſitionem habuimus diligentem, ac inuenimus, quod ipſi nec ad ſereniſſimum Dominum noſtrum *Romanorum Regem*, nec ad Dominum ALBERTUM de *Hohenloch* dictum de *Schelkling* pertinent, ſed Domini de *Dürn* eos in poſſeſſione iuris & utilitatis hactenus habuerunt, quorum Dominium ad Archiepiſcopos & Eccleſiam Maguntinam venditionis titulo eſt translatum.

Hec vobis ſub ſigillo mei predicti HEROLDI ſcribimus, quo ambo contentamur, cum ego DYTHERUS predictus ſigillo caream iſta vice Et ea ſub fide & iuramento noſtro ſic dicimus ſe habere. Datum *Amerbach* anno Domini M. CCC. X. VIII. Idus Junii.

LXXV.

HEINRICUS Rom. Rex PETRUM A. Mog. & BERTOLDUM Com de *Henneberg* requirit, ratione confirmationis privilegiorum pro Abbatibus in *Cedlitz* & *Aula regia*. 27. Dec. 1310.

(*Ex*

(*Ex autographo.*)

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, venerabili PETRO *Magunt.* Archiepiscopo Principi & Secretario suo karissimo, ac nobili viro BERTOLDO Comiti de *Henneberg* fideli de suo dilecto gratiam suam & omne bonum.

Sinceritatem vestram studiose requirimus & hortamur, quatenus Illustrem JOHANNEM Regem *Bohemie* Principem & filium nostrum karissimum, ut honorabilibus & religiosis viris .... Abbatibus Monasteriorum in *Cedlitz* & in *Aula regia*, & eorum conuentibus, Priuilegia, gratias siue iura sibi & monasteriis eisdem per predecessores dicti Regis concessa seu concessas, & specialiter emptionem bonorum & possessionum sitorum iuxta Ciuitatem *Gretz*, per dictum Abbatem de *Cedlitz* factam, quantum digne & rationabiliter poterit, suis patentibus litteris approbet & confirmet.

Datum *Janue* VI. Kal. Januarii, Regni nostri anno tercio. *a*)

LXXVI.

---

a) Conf. WURDTW. *subs. dipl.* I. 409. ubi idem HEINRICUS Imp. die 16. Sept. 1310. prædictis PETRO & BERTOLDO mandatum cum libera dedit, tractandi suo nomine cum incolis regni Bohemiæ.

LXXVI.

FRIDERICUS *Thuringiæ* Landgravius PETRO A. M. excusatorias mittit, quod Regi *Bohemiæ* & *Poloniæ* cum armatis occurrere non possit. 23. Jun. 1311.

(*Ex autographo.*)

Ven. in Christo Patri Domino P. Archiep. *Maguntino*, sacri Imperii per germaniam Archicancellario, FRIDERICUS Dei gratia THUR. Lantgr. MISSNEN. & ORIENT Marchio, Dominusque terre Plisnensis, semper sincere voluntatis obsequiosum affectum.

In presenti per terminos terrarum nostrarum hinc inde multipliciter prepediti, sic, quod Domino Regi *Bohemie* & *Polonie* illustri *a*) nostris armatis, non valemus occurrere, ut petiuit, Paternitatem vestram pleno petimus ex affectu, quatenus hoc non egreferentes, nostrum consilium & juvamen de cetero sic adesse dicti Domini Regis negotiis videatis, ut suis ob id nos fouere promotionibus teneatur.

Datum *Wyssinvels* IX. Kalen. Julii sub nostro secreto sigillo. *b*)

LXXVII.

---

a) JOANNI, filio HENRICI VII. Imp.

b) Opinor has litteras anno 1311. datas esse, quo PETRUS A. M. JOANNEM filium Imperatoris Pra-

LXXVII.

Reversales de solutis a PETRO AEpo. Mog. 2000 flor. pro subsidio. 1313. 7. Jan.

(*Ex autographo.*)

Uniuersis presentes litteras inspecturis, Nos PETRUS de *Garlerix* Prepositus *Frankenfordensis* Magunt. Dioc. & Domini Pape Capellanus volumus notum esse, quod *duo Milia florenorum paruorum* de *Florentia*, que venerabilis in Christo Pater & Dominus Dominus PETRUS Archiepiscopus *Maguntinus*, per manus discretorum virorum JOHANNIS de *Treueri* Maguntin. ac SIFRIDI de *Hildensem* Wormacienf. Ecclesiarum Canonicorum Domino Pape *nomine* *sub-*

Pragam comitatus est, eundemque in Regem Bohemiæ coronavit. Conf. SENCKENB. *Sel.* II. 118. & GUDEN. *Cod. dipl.* III. 66. Præterea eodem anno FRIDERICUS compositionem fecerat cum HEINRICO VII. Imperatore, qua idem Imperator suis juribus in Landgraviatum & Marchionatum certis sub conditionibus renuntiavit. GUDEN. *Cod. dipl.* III. 65. Verebatur nimirum HEINRICUS, quod *status Bohemiæ* filium suum JOHANNEM non admitterent pro Rege, & ideo a Lantgravio petiit, ut eidem cum armatis in auxilium occurreret.

ſubſidii mandauerat preſentari, iidem Canonici dictam florenorum ſummam Domino noſtro ſummo Pontifici in Vigilia beati Thome apoſtoli nunc transacta proxime, perſonaliter ex parte eiusdem Domini Archiepiſcopi obtulerunt, nosque de mandato ipſius Domini Pape dicta *duo milia florenorum* recipientes, ea in preſentia Johannis & Sifridi predictornm Domino Raymundo *fabri* Can. & Archidiacono *Metenſis eccleſie & Domini Pape theſaurario* numerauimus & tradidimus conſeruanda in vigilia beati Thome Apoſtoli ſupradicta.

In quorum omnium teſtimonium ſigillum Prepoſiture noſtre preſentibus duximus apponendum. Datum *Avinione* Anno Domini M. CCC. XIII. VII. Idus Januarii.

LXXVIII.

Dem Ezb. Peter von Mainz wird ein Vergleich mit den Pfalzgrafen Rudolf und Ludwig Herzogen in Baiern vorgeſchlagen, im Fall, daß einer von dieſen beiden zum Röm. König ſollte gewählt werden. 21. Dec. 1313.

(*Ex autographo.*)

Unſerm lieben und genädigen Herrn, Herrn PETERN Erzbiſchof zu Maeintz und oberſtem

Chantz-

Chantzler des Romifchen Reiches in Tautfchen Landen, enbieten wir EBERHART *von dem Steyn* Sænger zu Mæntz, SIFRIT *der Ræingref*, CHUNRAD von *Rudensheim* und HEYLMAN der Burchgraf von *Starkenberch* ewer Dyener, Meyfter ARNOLT Herzog RUDOLF oberfter Schriber, FRIDERICH von *Truhundingen*, DYTERICH von *Parsperch*, ALBERT der *Nothaft* und GOTFRIT der *Pauler*, des egenanten Herzogen RUDOLF Dyener, unfern bereiten und untertenigen dienft ze ewerm Gebot.

Wir tün ewern Genaden chunt, daz wir ze gagen unfern vorgenanten Herren Hertzog RUDOLF ze *Bacharach* ze hauffe chomen an fant Thomas abent, und trahten da mit gantzem vlizze und erenft, wie Wir euch, ewer Capitel und Gotshaus ze Mæntz, und unfer Herren Hertzog RUDOLF und Herzog LUDWIG ze einer ewigen Vrientfchafte und Verbindenüffe brachten, und fin alle fampt ze gagen unferis vorgenanten Herren Hertzog RUDOLF und mit finer Gunft über ein chomen, als hernach gefcriben ftet.

Daz ir, ewer nach chomen, dem vorgenanten Hertzog RUDOLF und finem Bruder Hertzog LUDWIG, und ihr beider erben hinnan für

für ewichleichen ſult beholfen ſein, und ſi ewer herwider, na aller drw, daz ewer beident halben nutzen und gut iſt, an allez geværde, und ze firderſt an der Wal dez Römiſchen richez die izu an liget, alſo daz ir in einwedern welt ze Chunig und auch dem dar an behelfen ſolt mit allen ewern Vrienden und mit Leibe und gut, ſo ir beſte muget an geværd, und ſwedert under in Chunich wirt, der ſol ew ewerem Capitel und ſtift ze Mæntz verſchreiben und ſtætigen alle ewer Freiheit und recht, alſam ir ſi her habt bracht, und ſullen ew die Hertzogen dar zu geben und aigen die Burch und ſtat und die alten ſtat ze WEINEHEIM, und die Burch ze dem REICHENSTAIN, ſullen ſie ew und dem ſtifte ze Mæntz antwerten, und die muget ir brechen ob ir wolt, oder ir muget ſe behalden ob ir woldet, das ſtande by euch: und iſt, daz man ſi brichet, ſo ſult ir ze beider ſeiten vermachen, daz zwiſchen BINGEN und FURSTENBERG dhein Burg nimmer mer gebaut werde, und ſwedert der egenanten Hertzogen mit ewer Helfe Chünich wirt, der ſol ew. umb ewer arbeit und fur ewer choſt geben *zehen tauſent march Silbers*, und mag er euch überreden, daz ir *dez Reiches gut* dar umb ze Pfande nemt, daz iſt gut, mocht aber er euch dez niht uberreden vriuntleichen, ſo ſoll er ewch der ſel-

ſelben zehent Tauſent march beweiſen auf ſeinen aigen güt, an veſten oder andern güt, daz euch gelegen iſt; und daz auch die Vriuntſchaft deſter baz für ſich möhte chomen und ze einem gutem ende braht, wart unſer Herre Hertzog RUDOLF mit uns ze Rat, daz man den tach ze RENS wider bute und daz weder er noch wir von ewern wegen auf den tach niht chomen, daz hat er gethan, und chomen auch wir dahin niht, und dar umb ſenden wir zu ew. den *Burchgrauen* von STARCKENBERG und *Dyetreichen* von PARSPERG, daz euch di der taidinge baz underweiſen und daz auch ir mit in einez tages ze rat werdet, und einer ſtat, da ir und der Hertzog ze hauffe chomet und die taiding baz foſtent und ubertraget mit einander, ob ew diſe vorgenanten fürwort und taidinge gevallent. Wir ſein auch ze rat worden, daz wir den brief von ewer Diener teil wegen haben beſiegelt mit des Sængers Inſigel, und von unſer der Hertzogen Diner tail mit dez Nothaftes Inſigel.

Scriptum *Bacharach* in die beati Thome Apoſtoli. *a*)

a) Die Urkunde war in Form eines Briefes mit zwei Sigillen geſchloſſen. Das Jahr 1313. ergiebt ſich aus der Geſchichte.

Auf der Ruckseite war die Auffchrift:

Reuerendo in Chrifto Patri ac Domino fuo Domino Petro vener. Maguntine fedis Archiep. facri Imperii per Alimaniam Archicancellario &c. *b)*

LXXIX.

EMECHO Bifchof von *Speier* nimmt den Ritter ARNOLD *Benze* von *Muntfurt* zum Burgmann zu *Keftenburg* an, gegen jährliche 30 Malter Korngeldes und ein Fuder Wein. 25. April 1318.

(*Ex copia vidimata de anno* 1334.)

Wir EMECHO von Gottes Gnaden ein Byfchof zu *Spire*, dun kund allen den, die difen brief ane fehen oder horent lefen, daz wir umme foliche Schult, alfe Wir fchuldig waren Hrn ARNOLDE *Benzen* eim Ritter von *Muntfurt* hundert Phunt und nunzig Phunt hellere, die wir folten gelten von des byftumes wegen, und

---

b) Weitere Verträge Ludwigs von Baiern in Bezug auf feine künftige Wahl, fieh bei GUDEN. *Cod. dipl.* III. 97. 100. 104. &c.

und Hrn ARNOLT *Benze* de vorgenante Ritter von sime gude must gelten, dar umme han wir in gewunnen zu einem ledigen Burgmanne zu *Kestenburg*, und sollen yme und Frawen Cristinen siner elichen frawen und yren Erben, beyde Döchteren und Sunen, alle jar zu geben, twischen den zweien unsern frauwen dagen, alse sie zu Himel fur und geborn wart, drissig malter Korngeltes von allen unsern gute zu *Udenheim*, daz wir kauft han, und ein fuder wines zu *Didensheim* uf unser bede, oder wo es uns do wellet.

Wir han auch math, die selbe nemeliche gulte zulosene mit einander, ie daz Malter für fünf Phunt, und daz fuder Wines, für firzich Phunt. Wanne wir daz gedun, so ist her ARNOLT *Benze* der vorgenante Ritter, siner manschaft ledig.

Daz dis stede und werlich blibe, so han wir EMICHO der vorgen. Byschof zu Spire unser Ingesigel an diesen brief gehenket. Diz ist geschehen, do man zalte von Cristes geburte, Dusint Jar, Drühundert Jar, und achzehen Jar, an sante Marcus dage.

LXXX.

LXXX.

ALEXANDER prior generalis ordinis *Eremit. S. Augustini* PETRUM Archiep. Mogunt Conseruatorem priuilegiorum a sede apostolica ordini suo concessorum esse rogat. 1318. 18. Jun.

(*Ex autographo, NB. in Charta, non pergameno.*)

Venerabili in Christo Patri & Domino Spali, Domino PETRO diuina prouidentia Maguntino Archiepiscopo, sacri Imperii per Germaniam arzicancellario, suus humilis & deuotus Fr. Alexander ordinis Fratrum Heremitarum Sti Augustini Generalis Prior licet immeritus, se ipsum & orationes in Domino Jesu Christo.

Quoniam pupillorum cura & defensio pauperum, anthonomastice Christo Domino a propheta tribuitur eum taliter allequente: tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor, tanto magis cuiuslibet veri Pontificis inesse cordi creditur, huiusmodi personarum protectio, quanto per tale presidium ipsum Christum & Dominum verius dinoscitur inmitari, & maxime cum super hoc additur eiusdem Christi Vicarii speciale mandatum, cuius humilis executor speciosum sibi fructum obedientie lucrifacit. Nuper itaque me apud sedem apostolicam residente, quia non-

nulli

nulli ecclesiarum prelati & alie quedam persone Dominum pre oculis minus habentes, gracias & indulgentias aut priuilegia ordini nostro, qui vester semper fuit & est, a prelibata sede concessas, quas si mente sana oculo caritatis inspicerent, deberent contra quoscunque tueri, cum per eas dictorum prelatorum non modicum iuventur officiati & honoratas apud Deum quam homines multipliciter releuentur, nihilominus tamen lacerant, calumniantur, impugnant & contra ipsas quod grauius est, prefate sedis postposita reuerentia, dictum nostrum ordinem quam in personis tam locis nituntur sepius indebite molestare. Clementissimus Pater & Dominus, Dominus Johannes presens summus Pontifex in presidio defensionis pauperum Christum Dominum desiderans veraciter inmitari, ad supplicationem ordinis & mei, conseruatores dictorum priuilegiorum, indulgentiarum & gratiarum, in singulis prouinciis ordinis, per apostolicas litteras mandatarias graciose nobis & efficaciter ordinauit.

In horum autem Conseruatorum numero cum ingenti spe ac plena fiducia volumus & precamus vos adscribi, tum quia deuotorum & dilectorum ordinis piis vestre paternitatis nouimus inesse visceribus, tum quia vestro cordi Christi

Domini credimus ſic inſitam caritatem, quod nec amor nec timor terrenus aliquis veſtrum circa nos defenſionis patrocinium poterit impedire. Veſtre igitur paternitati ordo totus & ego humiliter ſuplicamus, ut cum neceſſitate cogente, quod alias non fiet, ad conſeruationem dictarum gratiarum ſeu priuilegiorum veſtrum fuerit a fratribus patrocinium requiſitum, benignitas veſtra taliter eiulatum ſuorum pupillorum & pauperum dignetur audire, ut & ſpes noſtra, quam in veſtra paternitate velut anchoram fiximus, ſue firmitatis conſequatur effectum, & ille qui dixit, qui mihi miniſtrat, me ſequatur, & ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit, vos per tale miniſterium, que ut ſupra dicitur, eſt vera & propria inmitatio Chriſti Dei, cum ſibi placuerit, dignetur producere ad ſancte trinitatis beatiſſimam viſionem, ubi ipſe in patre eſt cum ſpiritu ſancto regnans Dominus per omnia ſecula ſeculorum.

Inſuper in hiis, que mea tenuitas poteſt veſtris beneficiis deſiderans gratus eſſe, in noſtro generali capitulo nuper *Arimini* celebrato, diffiniri feci, ut quilibet ſacerdos totius ordinis per uniuerſum orbem, pro veſtra incolumi vita & utriuſque veſtri hominis pace bona duas de ſpiritu ſancto miſſas debeat celebrare.

Datum

Datum in nostro capitulo generali *Arimini* celebrato, anno Domini M. CCC. XVIII. XVI. die mensis Junii.

A tergo. Ven. in Christo Patri & Domino spali, Domino Petro diuina prouidentia Maguntino Archiepiscopo. *)

LXXXI.

MATTHIAS Archiep Moguntinus tres commissarios nominat, quibus negotia fabricæ omnium Diœcesis suæ ecclesiarum committit. 7. Jul. 1322.

(*Ex Autographo.*)

MATHIAS Dei & apostolice sedis gracia, sancte *Maguntine* sedis Electus. Honorabilibus viris, EMELRICO de *Rüdinsheim*, THEODERICO de *Katzenelnboge*, & JOHANNI de *Fontibus* Canonicis Moguntinis, deuotis suis dilectis salutem in Domino.

 Ha-

*) Diese Urkunde ist eine der ältesten, die auf Papier geschrieben sind, weil man den Ursprung des Papiers gewöhnlich in das Jahr 1308 setzet.

Habentes de veſtris circumſpectionibus confidentiam pleniorem, *negotia fabrice omnium eccleſiarum noſtre Dyoceſis* veſtre diſcretioni, & cuilibet veſtrum in ſolidum duximus committenda, volentes ut nullus cuiuscunque ſtatus, conditionis vel preeminentie exiſtat, fidelium elemoſinas petere colligere vel recipere preſumat, ſeu ſtationes aliquas facere, niſi petita ſuper hoc veſtra licentia & obtenta Decernentes irritum & inane, ſiquid in contrarium fuerit per quempiam attemptatum. Dantes etiam in hiis ſcriptis vobis & cuilibet veſtrum plenam auctoritatem, contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam ratione previa compeſcendi.

Datum *Moguntie* Non. Jul. Anno M. CCC. XXII.

LXXXII.

Ritter *Götze* von *Enſelingen* ſetzet einigen Juden die Ritter *Conrad* und *Schrot* von *Neuenſtein* zu Bürgen, Schulden halber. 25 April. 1328.

(*Ex autographo.*)

In Gottes Namen, amen. Ich *Gotze* von *Enſelingen* ein Ritter, vergihe und erkenne offenlich

lich an diesem briefe, daz ich die erbern Ritter hrn *Cunraten* und hrn *Schroten* von *Nuwenstein* mine mage han versetzet gen *Chorolf* dem Juden von *Orengauw* umme drw und zweinzit phunt guter heller höbet gutes, gen *Josucl* von *Halle* den Juden umme vunve und vierzic pfunt heller heubet gutes. Gen *Lowen* dem iuden von *Bischoffesheim* umme vunve und zweint pfunt heller heubet gutes. Gen *Ysaac* dem iuden von *Nuwenvels* umme echte und vierzic pfunt heller heubet gutes. Gen *Viveln* dem iuden von *Ingeluingen* umme vunve pfunt heller heubet gutes und aber gen *Ysaac* dem iuden von *Nuwenfels* umme siben phunt heller heubet gutes. Umme die heller alle und umme allen des schaden, der dar uf get oder gangen ist, haben die vorgenannnten zwene her *Cunrat* und her *Schrot* von *Nuwenstein* burgen uber sich gesetzet beide gemeinlich und auch ir iedwedere sunderlich Da zu hat her *Cunrat* von *Nuwenstein* sinen meiden fur mich gesetzet umme vunve und driezec pfunt heller, umme das gut und umme allen den schaden, der darufs mac gen zu gesuche ze atzunge ze leistunge, und da zu umme allen schaden, den sie oder ir erben eznomen, han ich in gelobet ze helfenen an allen schaden unde an alle geuerde. Und han in daz gelobet und gelobe es in unverscheide-

 lich

lich und jegelichem ſunderlich uf minen geſwornen ait, und uber den ait, daz ſie deſte ſichere ſin, ſo hap ich in ingegeben *Enſelingen* min *Burcſtal*, a und da zu alles das gut, daz ich . . . . bis ſie oder ire Erben erlöſet worden von der ſchuld gar und genzelich, und da zu von allem dem ſchaden, den ſie der Burſcahft han genummen oder noch fürbas nemen. Were aber kein ſchulde da ſie fur mich ſtünden, die hie nit geſchrieben ſtet, oder ob ſie beide oder ir jedwederir furbaz fur mich ſich ſteten, da fur ſollen auch die güt alle ſten in allen rechte, als hievor geſchriben iſt, bis ſie werden erloſt Ich vergihe in auch an dieſem brief, daz ich nit ſprechen ſol, daz die verſchribene güt ledic ſin, das weil ſie dieſen brief inne han oder in erben Daz diſer vorgeſchriben rede ſtete blibe, des gebe ich diſen brief verſigelt mit minen zwein Inſigeln und mit des erbern herren Inſigel hrn *Peters* des Decans von *Kunzelsawe*, hrn *Rabes* von *Nuwenſtein*, hrn *Zurches* von *Gabelnſtein*, hrn *Willehelms* und hrn *Gernotes* des

a) Burgſtadel bedeutet eine zerfallene oder zerſtörte Burg, oder auch blos den Platz, wo eine Burg geweſen iſt Conf. Guden. *Cod. dipl.* I. 631. II. 105. 132. Widder *Beſchreibung der Rheinpfalz.* I. 166.

des *Eucheners* von *Steten*, die von miner bete wegen und von erbete irre Insigel an diesen brief hant gehenkt zu einer waren Urkunde, der wart geben, do man zalt von gotes geburt druzehenhundert Jar, darnach in dem acht und zwenzigesten Jar, an sant Marks tag des heiligen Evangelisten.

LXXXIII.

Apocha HERMANNI & ENGELHARDI de BERLICHINGEN super quadraginta lib. hall. pro damnis & seruitiis à BALDEWINO *Provisore Mogunt.* receptis. 21. Jun. 1330.

(*Ex autographo.*)

Nos HERMANNUS & ENGELHARDUS de *Berlichingen* fratres recognoscimus publice per presentes, nos recepisse a discreto viro GEBEH. Schulteto in *Miltenberg* feria quinta ante festum Sci Johannis Baptiste quadraginta libras hallensium legalium nomine Reuerendi in Christo Patris & Domini nostri Dni BALDEWINI Prouisoris & defensoris Ste Magunt. sedis & Ecclesie Moguntine, de omnibus dampnis seruitiis, debitis, promissionibus nobis factis ac omnibus aliis super quibus nobis actio competere potuit con-

contra dictam ecclesiam Moguntinam, ac satisfactum usque ad viginti quinque libras hall. que nobis adhuc restant soluende nomine ecclesie prelibate, renuntiantes pro nobis & nostris premissorum intuitu vel alias, preterquam supra dictos viginti quinque libras hallensium nobis soluendis ut premittitur, competenti contra prefatum Dominum BALDEWINUM & ecclesiam suam predictam usque in diem conscriptionis presentium litterarum, nec non litteris, siquas super eo habuerimus, vel si sint prodite & reinueniantur, quod eis de cetero non utamur. In cuius rei testimonium, ego HERMANNUS predictus sigillo proprio carens, *sigillum* ENGELHARDI predicti presentibus est appensum. Datum anno Dni M. CCC. XXX. die superius annotato.

LXXXIV.

CONRADUS de *Hohenstat* Armiger profitetur, quod sibi de omnibus debitis, damnis & servitiis à BALDEWINO Provisore & ecclesia *Moguntina* sit satisfactum. 22. Jun. 1330.

(*Ex autographo*)

Ego CONRADUS Armiger, filius WOLFELINI de *Hohenstat*, recognosco publice per presentes, me recepisse à discreto viro GEBEH. Scul-

Sculteto in *Mincenberg* XV lib. Hallen. legalium feria sexta ante festum bti Johannis baptiste, nomine Reuerendi in Christo Patris & Domini mei, Domini BALDEWINI *sce Magunt. sedis Prouisoris & defensoris ecclesie Magunt* & quod plenarie est mihi satisfactum de omnibus debitis, dampnis, seruiciis, promissionibus mihi factis, ac omnibus aliis, super quibus mihi actio competere potuit contra *Decanum ecclesie Maguntine a*) usque in presentem diem, renuncians pro me & meis heredibus omni impetitioni seu actioni premissorum intuitu vel alias competenti contra prefatum dominum BALDEWINUM & Ecclesiam predictam, usque in diem confectionis presencium litterarum, nostris litteris, si quas super eo habui, vel si sint perdite & inueniantur, quod eis de cetero non utar. In cuius rei testimonium, sigillo proprio carens, sigillum strenui militis Domini EBERHARDI advocati de *Dürne* apponi presentibus procuraui, quod & ego predictus EBERHARDUS Aduocatus ad preces dicti CONRADI in premissorum testimonium apposui huic scripto. Datum anno Dni M. CCC. XXX. die supra annotato.

LXXXV.

---

a) Diese Schuld betraf also das Domkapitul, welches dieselbe während der Zwischenregierung gemacht; nun aber der trierische Erzbischof Baldewin als Vormund und Beschützer von Mainz bezahlt hat.

LXXXV.

HEINRICUS III. A. M. eiusdemque fideiussores *ad curiam romanam* citantur, ad soluendos 4000 floren. s auri Mercatoribus florentinis curiam Romanam sequentibus. 10. Dec. 1330.

